Solu.aliquid dicitur facere,quia debet conſentire: alioquin nullius erit momenti quod fit principe vetante : non tamen eſt eius præſentia neceſſaria. Sed quare in adrogatione requiritur auctoritas maior, quàm in adoptione? ℞eſpon.hoc ideo eſt,quia maius eſt aliquam ſui iuris tranſire in alienam poteſtatem, quod fit per adrogationẽ (vnde non eſt mirũ ſi maior auctoritas requiritur) quàm cum quis de poteſtate vnius tranſit in poteſtatẽ alteri⁹, quod fit per adoptionẽ. Itẽ nunquid & principis auctoritate poteſt quis adoptari ? Videtur ꝙ ſic:quia cum liceat minori, licet & maiori: cum ſit ipſe ſummus magiſtratus : vt. C. de legi. & conſtit.l. ſi imperialis. alij non : quia tã vilibus intereſſe nõ debet : vt. C. de peda. iudi.l.ij. & vltima, argu. Codice de app.l.in offerendis.

a *Non poſſunt*. ſimiliter & in matrimonio diſtinguitur : vt infra de iure dot.l.ſi ſerua, §.fi. ſic & in ſubſtitutione poſthumi : vt infra de libe.& poſthu.l.ſed eſt quæſitum, §.primo.& facit inſtitu. eodem.§. ſed & illud.Accur.

b *Hoc verò proprium*. ſecus in alia : vt infra eodem. l. adrogato, §. quod non ſimiliter. & facit infra eodẽ, ſi paterfamilias. in princip. Nota ergo, cui me cõmitto, & mea cõmittere videor : vt in autheticis, de monachis, §.illud quoque, collatio.prima. Sed arg.cõtra.C.de pact.conuen. l.hac lege.

c *Per principem*. id eſt per ſacrum oraculum.

S*I conſul*.] CASVS. Filiusfamilias erã, & habebam aliquam dignitatem : nunquid pater meus poteſt me emancipare apud me ipſum ? Et dicit quòd ſic.Viuianus.

* Vulgò hic additur, caſtrati autem nõ poſſunt, vide ad loci huius intelligentiam Ant.Auguſt. lib.3. Emenda.cap.5.

† Additur in inſtitutionibus elegans exemplũ de Auguſto.

* De veteri eius ritu vide Tacitum lib.12.

parentis ſunt : ſiue primum gradum liberorum obtineant, qualis eſt filius, filia : ſiue inferiorem, qualis eſt nepos, neptis, pronepos, proneptis. Illud vtriuſq; adoptionis commune eſt, quòd & hi qui generare non poſſunt, [a] quales ſunt ſpadones, adoptare poſſunt.* Hoc verò proprium [b] eſt eius adoptionis quæ per principem [c] fit, quòd is qui liberos in poteſtate habet, ſi ſe adrogandum dederit, non ſolùm ipſe poteſtati adrogatoris ſubiicitur, ſed & liberi eius in eiuſdem fiunt poteſtate, tanquam nepotes. †

B

Vbi officia non ſunt repugnantiæ, vnus poteſt vicem duorum ſuſtinere. Bartolus.

III. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

SI conſul vel præſes filiusfamilias [d] ſit, poſſe eum apud ſemetipſum vel emancipari, vel in adoptionem dari conſtat.

C

IIII. MODESTINVS *libro ſecundo Regularum.*

MAgiſtratum apud quem legis actio [e] eſt, * & emãcipare filios ſuos, & in adoptionẽ dare apud ſe poſſe Neratij ſentẽtia eſt.

In adrogatione requiritur volũtas adrogatoris, & illius qui debet adrogari. Et in adoptione requiritur voluntas adoptantis, & eius qui adoptatur, & patris ſui: & non aliorum conſanguineorũ, & ſi in loco nepotis quis adoptatur, requiritur filij voluntas, qui loco patris eſſe debet : quæ ſi non adeſſet, non recideret in poteſtatem ipſius mortuo patre ſuo. h.d. cum lege ſequenti, & lege ſi is qui. infra eodem. Bartolus.

D

d *Filiusfamilias*. Hodie autem conſularis dignitas liberat eum à patria poteſtate : vt. C.de decu.lege fina.& in authent.conſtit. quæ dignita.collatione ſexta, circa fin.de præſidali vero non inuenio. Item not.ex hac lege quem ſubire officium duorum, & emancipantis,& auctoritatẽ pręſtantis:ſic.ĩ.de aucto.tut.l.accipientis.& infra de ritu nuptia.l.iij.&.ĩ.de contrahenda emptione.l.fiſtulas,§.j.& infra de fideiuſſoribus tuto.& infra de officio præſidis.l.j. & hoc in voluntaria iuriſdictione. ſecus in contentioſa:vt infra ad Trebellianum.l.ille à quo,§.tempeſtiuum Item arg.contra infra de pactis.l.ſi plures. & infra de tutoribus & curatoribus datis ab his.l.prætor.& infra deo fficio præſidis.l.fina. ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij diſtingue, ſecundum Gulielmum de Cu. Aut conſideratur perſona vt perſona:& tunc vna perſona non poteſt ſuſtinere vicem plurium perſonarum : vt infra de pactis.l.ſi plures. Aut conſideratur perſona reſpectu alicuius qualitatis, vel officij : & tunc aut officia inuicẽ ſe compatiuntur, aut non. primo caſu poteſt ſuſtinere vicem plurium, vt hic : aliàs non : vt dicto.§.tempeſtiuum.Bartolus.

E

M*Agiſtratum*.] CASVS. Pater meus eſt poteſtas Bonon. nunquid poterit emancipare me apud ſe ipſum ? Et dicitur quòd ſic.

A

e *Legis actio*. id eſt actus legitimi explicantur : vt ea quæ ſunt de voluntaria iuriſdictione, vt emãcipatio, & manumiſſio,& ſimilia,quæ fiunt etiam apud defenſorem ciuitatis:vt in authenticis, de defenſoribus ciuitatum,§.nulla.&.§.audient,collat.iij.& etiã apud magiſtratũ municipalẽ : vt. C.de magiſtratibus municipalib⁹.l.ij.& inſti.quibus modis ius patrię poteſtatis ſoluit',§.noſtra.

Idem ait Cicero pro domo ſua.

V. CELSVS *libro vicenſimo octauo Digeſtorum.*

IN adoptionibus, [f] eorũ duntaxat qui ſuæ poteſtatis ſunt, voluntas [g] exploratur. ſinautem à patre dantur in adoptionem : in his vtriuſque [h] arbitrium ſpectãdum eſt, vel conſentiendo, [i] vel non contradicendo. [k]

VI. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

CVm nepos [l] adoptatur quaſi ex filio natus, conſenſus filij exigitur. [m] ídque etiam Iulianus ſcribit. †

VII. CELSVS *libro tricenſimonono Digeſtorum.*

CVm adoptio fit, non eſt neceſſaria in eam rem auctoritas eorum [n] inter quos iura [o] adgnationis conſequuntur.

VIII. MODESTINVS *libro ſecundo Regularum.*

QVod ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione, antè tenuerat, ſub diuo Claudio recte mutatum [p] eſt.

IX. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

ETiam cæcus adoptare vel adoptari poteſt.

Adoptatus in locum nepotis tanquam ex filio natus, non fit heres ſuus auo viuente. Bart.

X. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI quis nepotem quaſi ex filio natum, quem in poteſtate habet, conſentiente filio adoptauerit : [q] non adgnaſcitur [r] auo ſuus heres, quippe cum poſt mortem aui quaſi in patris [ſ] ſui recidit poteſtatem.

I*N adoptionibus*.] CASVS. Dicitur in hac lege, quòd qui adrogatur, expreſſim conſentire debet:qui adoptatur, non debet cõſentire : ſed ſufficit ſi non cõtradicat.Viuianus.

Inſtit.e.§.7.

f *In adoptionibus*.id eſt in adrogationibus.

g *Voluntas*.ſcilicet expreſſa.

h *In his vtriuſque*. ſcilicet patris & filij.

i *Conſentiendo*. ſcilicet expreſſim.

† Additur ratio in inſtitutionib. ne inuito ſuus heres adgnaſcatur.

k *Contradicendo*. hoc non erat in ſuperiori caſu.Hic no.qui tacet, adfirmat. ſic.ĩ.ſol,ma. l.ij. §. voluntate. & in auth.quib⁹ modis natu.effi. ſui. §. generaliter. col. ſeptima, argu. contra. ĩ. de procur. l. filius,§.inuitus.& facit ad legem iſtam infra eo.l. ſi pater naturalis. ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij dic quòd non conſentire,eſt vnum extremũ per ſe.contradicere,eſt aliud extremum. taciturnitas, eſt medium. ſecundum Bartolum.

Qui tacet, conſentire videtur.

C*Vm nepos*.] CASVS. Si adopto aliquem loco nepotis, quaſi ex filio meo natus eſſet, fili⁹ meus debet huic adoptioni cõſentire. Quòd ſi quis curatorem habens dedit ſe in adrogationẽ, curatoris auctoritas ĩtercedere debet : licet olim nõ intercederet. Viuianus.

l *Cum nepos*. id eſt aliquis extraneus loco nepotis.

m *Exigitur*. ad hoc vt mortuo adoptante in filij recidat poteſtatem:vt infra eo.l.ſi quis.&.l.ſeq.ſecus in aliis:vt infra.l.proxi. & facit inſtit.e.§.licet.&.C.de nup.l.in cõiunctione,§.ſi patris.

n C*Vm adoptio*.*Eorum*. id eſt conſanguineorum.

o *Iura*.quod videbatur cum iſte eis agnaſcitur : vt infra eodem.l. qui in adoptione. & infra vnde cogna.l.j.§.cognationem.& quod omnes tangit,&c. C.de autho.præſtan.l.fi.in fi.& in authen.de heredi.& Fal.§.ſi verò,collatione prima.

p Q*Vod*.*Mutatũ*. vt.C.de aucto.præſtã.l.fi.§.ſed hæc omnia. & inſtit.quibus modis tu.finiatur,§.ij.

S*I quis nepotem*.] CASVS. Si adopto aliquem extraneum loco nepotis quaſi ſit natus de filio meo, filio conſentiente : non agnaſcitur mihi,id eſt non fit mihi ſuus heres : quia me mortuo erit in poteſtate filij mei. Viuianus.

q *Adoptauerit*. ſcilicet extraneum loco nepotis.

r *Agnaſcitur*.id eſt non fit ſuus.nam ſuus heres eſt quem nemo præcedit : vt inſtit.de here.qua.& diffe.§.ſui.

Suus heres quis ſit.

ſ *Quaſi in patris*. id eſt in poteſtatem eius qui eſt quaſi pater : vt ſupra titulo primo.l.nepotes,in fin.Accurſius.

UNED

XI. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

SI is qui filium haberet, in nepotis locũ adoptaſſet, perinde atque ſi ex eo filio natus eſſet, & is filius auctor factus non eſſet: mortuo auo nõ eſſe [a] nepotem in poteſtate filij.

XII. VLPIANVS *libro quarto decimo ad Sabinum.*

QVi liberatus [b] eſt patria poteſtate, is poſtea in poteſtatem honeſtè [c] reuerti non poteſt, niſi adoptione. *

Finita adoptione finiuntur omnia iura prouenientia ex ea: hoc dicit vſque ad finem.

XIII. PAPINIANVS *libro trigenſimoſexto Quæſtionum.*

IN omni ferè [d] iure, finita patris adoptiui poteſtate, nullum ex priſtino retinetur veſtigium. denique & patria dignitas [e] quęſita per adoptionem, finita ea deponitur. [f]

XIIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SEd etiam nepos ex filio apud adoptatum patrem cõceptus & natus †, per emãcipationem [g] iura omnia [h] perdit.

Ad patrem adrogantem tranſeunt omnia iura ſeu bona adrogati, etiam filij ſui: in cuius poteſtate efficiuntur.

XV. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

SI paterfamilias adoptatus [i] ſit: omnia quæ [k] eius fuerunt, & adquiri poſſunt, tacito iure ad eum tranſeunt, qui adoptauit.
B Hoc amplius, liberi eius qui in poteſtate ſunt, eum ſequuntur. ſed & hi qui poſtliminio redeunt, vel qui in vtero fuerunt cum adrogaretur, ſimili modo in poteſtatem adrogatoris rediguntur.

Id quod quis non poteſt facere tanquam ipſe, poteſt tanquam alius, hoc dicit, & ad hoc quotidie allegatur.

Qui duos filios, [l] & ex altero eorum nepotem habet, ſi vult nepotem quaſi ex altero natum
C ſic adoptare, poteſt hoc efficere ſi eum emancipauerit, & ſic adoptauerit quaſi ex altero natum. facit enim hoc quaſi quilibet, [m] non quaſi auus. & qua ratione quaſi ex quolibet natum poteſt adoptare, [n] ita poteſt & quaſi ex altero filio.

In adoptionibus conſiderantur cauſæ infra ſcriptæ. & ars imitatur naturam in quãtum poteſt. & tutor durante tutela, & curator...

SI is qui.] CASVS. Si adopto aliquem loco nepotis quaſi ſit natus ex filio meo: ſi filius meus non conſentit expreſſim, mortuo me ipſe quem adoptaui, non erit in poteſtate filij mei: ſed erit mihi ſuus heres. Viuianus.

a *Non eſſe.* quia filius non conſenſit. facit inſtitu. eod. §. licet.

QVi liberatus.] CASVS. Si filius meus liberatus & abſolutus eſt à patria poteſtate, non poteſt honeſte redire in poteſtatem patris, niſi pater eum adoptet. Viuianus.

Inſtit. e. §. 7.

b *Qui liberatus.* Not. quòd aliquo mutato, in perpetuum in priſtinum ſtatum redire non poteſt: vt infra de ſolutionibus. l. qui res, §. aream, ſupra de ſtatu hominum. l. homo liber.

Mutatũ, in priſtinum ſtatũ redire non poteſt.

c *Honeſtè.* inhoneſtè autem poteſt: vt per ingratitudinem: vt C. de ingra. lib. l. j. & facit infra eodem. l. ſi pater filium. & ſupra titulo primo. l. inuiti. & in authẽticis, conſtitutio quæ dignita. §. illud quoque ibi, quoniam omne bonum debet eſſe manſurũ. in ſexta collatione.

* addebatur antea ex l. 37. §. i. j. eo Sed ſi ſemel fuerit adoptatus amplius adoptari non poteſt quod nec Flor. nec in manuſcript. reperitur.

IN omni ferè.] CASVS. Si filius adoptiuus liberatus ſit à poteſtate patris adoptiui: dignitatem omnem quam habuerit ab illo patre adoptiuo, perdit. Viuianus.

† hic. n. adoptiui locum tenet. l. 27. ĩ. e.

d *In omni ferè.* bene dicit, ferè: quia etiã poſt emancipationem non poteſt pater adoptiuus eam in vxorem accipere, quam loco filiæ vel neptis habuit: vt infra de rit. nupt. l. quinetiam, in principio.

e *Patria dignitas.* vt ſenatoria, quia pater adoptiuus erat ſenator: vt infra de ſenator. l. ſenatoris filius.

f *Deponitur.* Argu. quòd ceſſante cauſa ceſſat effectus. ſic infra de ſenatoribus. l. ſenatoris filius. & l. fœminæ. & infra de annuis legatis. l. Seio. §. finali. & infra de teſtament. tut. l. qui tutelam. in principio. & infra titulo primo. l. intantum. Argu. contra infra de poſtulando. l. j. §. ſexum. ADDITIO. Tu dic quòd ibi loquitur in cauſa impulſiua, hic in finali: qua ceſſante ceſſat effectus. de hoc not. Cynus. in. l. generaliter, Codice de epiſcopis & clericis. & per Gynum in regula. decet eſſe conceſſum. de regulis iuris libro ſexto.

SEd & nepos ex filio.] CASVS. huius legis eſt talis: Adoptaui Titium, qui procreauit filium cum maneret penes me. emancipaui eum filium Titij. certè per eam emancipationem iura omnia adoptiui nepotes perdit.

g *Per emancipationem.* ſcilicet filij, vt argument. infra de capit. deminutio. l. iij. & de iniuſt. teſtam. l. verum eſt, §. fina. ſecundum quoſdam. ſed Ioannes per emancipationem, ſcilicet ſuiipſius. nec enim emãcipato filio adoptiuo, exit de poteſtate nepos ex eo. ſic enim eſt in naturali: vt infra eodem. l. liberum. & adoptio naturã imitatur: vt inſtit. eod. §. minorem. & infra de cap. & poſtli. reuer. l. ſi me tibi.

h *Iura omnia.* id eſt dignitatem, & nomen filij vel nepotis: vt ſupra. l. proxi.

SI paterfamilias.] CASVS. Aliquis qui ſui iuris erat, in adrogationem ſe dedit Titio. ipſe tranſit in poteſtatem Titij, & omnes qui ſunt in ſua poteſtate: etiam illi qui poſtliminio reuerſi ſunt: item qui in vtero ſunt. & hoc dicit vſque ad. §. qui duos, & eſt caſus talis: Duos filios habebam Seium & Titium: & ex Titio nepotem habebam. poſſũmne eum nepotem adoptare
A quaſi ſit ex Seio natus? Bene poſſum, ſi emancipo nepotem: quia non quaſi auus hoc facio, ſed quaſi quilibet extraneus. Tertiò dicit, quòd cauſa cognita debet quis adrogare: & in quibus vertitur cognitio, dicit per exempla quæ ſubiicit. nam nec poteſt quis plures adrogare niſi ex iuſta cauſa. Item quis libertum alienum adoptare non poteſt, nec maiorem minor adoptare poteſt. Item dicit, quòd tutor eum cuius tutelam gerit, adoptare non poteſt. Item debet inquiri vtrum aliquis adoptet animo deprædandi & fraudandi, vel libidinis cauſa. Item dicit quòd is tutor poteſt adoptare pupillum, qui bono animo hoc facit: aliàs eſſet damnum pupilli. Item requiritur cognitio, vt videatur quæ ſint facultates pupilli, & eius qui adoptat: & cuius vitæ ſit qui adoptat. Item inſpicitur cuius ætatis ſit qui vult adoptare. Item dicit inſpici, ſi ille qui vult adoptare, habeat liberos, an poſſit adoptare: & ſi eſt bonus iſte & pauper, vtrum ditiorẽ adoptet. & dicit quòd ſic, ſi vitæ, &cæ. Vltimo dicit quòd in ſuperioribus caſibus adrogator ſatiſdat quòd reſtituet oĩa bona adrogati agnatis, ſi apud eum deceſſerit: & de hoc tabellioni cauere debet. Item dicit ſtatim lex, his verbis, ad quos ea res ptinet: hæc verba & ad libertates, & ad legata extendun-
D tur. Vuianus.

i *Si paterfamilias adoptatus.* id eſt adrogatus.

k *Omnia quæ.* excepto iure agnationis, & obligatione operarũ, etiam olim, hodie verò ad vſumfructum tantùm quæruntur: vt inſtitutionib. de acquiſitionib. per adrogationem. in principio. §. j. ſed an poſſit aliqua excipere? Reſpon. non, ſicut dicimus in monacho: vt in authen. de monachis, §. illud. collatione. j. quia contraria voluit: ſicut ſi vẽdo domum deducta ſuperficie, vel ſolum deductis arboribus: vt inſtitut. de rer. diui. §. ſi Titius. & infra de ſuperfi. l. fina. & infra de actionibus & obligatio. l. obligationũ. ij. §. placet.

l *Qui duos filios.* Not. argum. quòd quandoque facit aliquis aliquid non tanquam ipſe, ſed tanquam alius. ſic. Cod. de admi. tu. l. cum quædam. & infra quod cuiuſque vniuerſ. l. item eorum. in principio & infra ad Trebelliã. l. debitor ſub pignore, §. final. & infra iudi. ſolui. l. iij. §. ſed & ſi quidem. & infra pro ſoc. l. ſocium
E qui, in principio & infra ad Sila. l. ſi ſequẽs, in fi. argu. contrà infra de inoffici. teſta. l. ſi proponas, §. penulti. & C. de dolo. l. j. & infra de condict. inde. l. ſi non ſortem, §. ſi filius. & infra de diſtra. pig. l. ij. & infra de leg. ij. l. finali. §. quatuor. ADDITIO. Pro declaratione iſtius gloſſ. diſtingue ſecundum Bartol. hic, quia aut eſt in hoc aliqua contrarietas, aut non. primo caſu. quod quis non poteſt tanquam ipſe, non poteſt tanquam alius: vt. d. l. ſi proponas ſecundo caſu, quod quis poteſt tanquam ipſe, poteſt tanquam alius: vt hic. & hoc eſt verum niſi veniat contra fidem debitam iure contractus: vel contra fidem iure coniunctionis perſonæ: in quibus caſibus quod quis non poteſt tanquam ipſe, nec tãquam alius: vt. d. §. quatuor. & in. d. l. j. C. de dolo.

m *Quaſi quilibet.* id eſt quaſi extraneus, cum eſſe deſierit nepos emancipatione.

n *Poteſt adoptare.* ſcilicet extraneum, vt ſupra eodem. l. ſi quis nepotem.

UNED

Senex quis dicatur. Vir quouſque generet, & fœmina cõcipiat.

a *Sexaginta*. aliàs dicitur ſenex maior ſeptuaginta annis: vt in excuſatione tutelæ: vt C. qui ætate. l. j. libro decimo. aliàs quinquagintaquinque, vt in excuſatione munerum perſonalium: vt C. qui ætate. l. j. §. fin. libro decimo. ſed mulier non dicitur ſtudere procreationi liberorum à quinquaginta annis ſupra: vt C. de legit. heredit. l. ſi maior.

b *Creationi*. vtilius etiam eſt reipublicæ filios de nouo creare, quàm creatos quadam fictione alicui dare: vt infra eodem. l. ij. §. iij. Sed arg. contra. C. de natu lib. l. iij. in fin. & ille verſus. *Non minor eſt virtus quàm quærere, parta tueri.* ſed non obſtant, quia hominum, id eſt filiorum conſeruatio, ad Deum pertinet.

† Ad hoc reſponſum & ſequẽtes leges pertinẽt ea quæ eleganter diſſeruit Cic. pro domo ſua ad põtifices.

Inſtit. e. §. 5.

c *Morbus*. ſcilicet temporalis: valetudo autẽ perpetua.

d *Coniunctam*. quia par affectionis cauſa ſuſpicionẽ remouet: vt infra de rit. nup. l. non ſolùm, §. de vno.

e *Cauſa*. quia multum erat diues.

f *Alienum*. ſed ſuum ſic: vt infra de rit. nup. l. ſciendum. & ſupra de ſta. hom. l. fin. & facit ad hanc legem infra de in ius vocã. l. ſed ſi hac lege, §. patronũ. Sed contra infra eodem. l. fina. in. §. fina. Solu. ibi iure adrogationis per principem permittitur: hic iure adoptionis inhibetur. Sed nõnne eſt ſemper ſui iuris? Reſpon. non, ſi primo in adrogationem vni ſe per principẽ dedit: vel dic vt ibi.

g *Minor*. ſcilicet adoptare debet. Accur.

h *Adoptio. Locum habet*. ſcilicet plerunq;, propter id quod dicitur inſtit. eodem, §. ſed illud. & ſupra eod. l. ij. §. illud.

* Olim non permittebatur Gell. & Vlp. in frag. tit. 8.

i *Nec ei. Alicuius*. quem vult adrogare.

k *Adminiſtrauit*. ſcilicet eius qui fuit in tutela. Sed contra infra eod. l. nonnunquam. Sol. hic loquitur cum tutela iam finita erat: & ideo præſumitur quòd in fraudem fiat, ne rationem reddat. ibi loquitur quando nõdum tenebatur actione tutelæ: nec erat finita tutela, ſecundum Ioã. vt ar. ff. de rit. nupt. l. liberum, §. ſenatuſconſulti. vel dic quòd ibi adoptabat ſancta affectione: vt arg. infra hac lege, §. eorum. Accur.

l *Turpis*. ſcilicet vt deprædetur adrogatum: vel adrogat adultã vt habeat eius copiam.

m *Eorum*. ſcilicet pupillorum adrogatio permittenda eſt duntaxat his tutoribus qui vel naturali &c. ſecundum Bulg. Sed Io. legit, pupillorum eorum adrogatio permittenda eſt his duntaxat, qui cognatione eorum naturali, vel ſancta affectione eorum, id eſt pupillorum ducti, &c.

tor durante cura non poteſt adoptare pupillum vel adultum. h.d. vſque ad. §. eorum, in. l. ſequ. Bar.

In adrogationibus cognitio † vertitur, num fortè minor ſexaginta [a] annis ſit qui adrogat: quia magis liberorum creationi [b] ſtudere debeat: niſi fortè morbus [c] aut valetudo in cauſa ſit, aut alia iuſta cauſa adrogandi: veluti ſi coniunctam [d] ſibi perſonam velit adoptare. Item non debet quis plures adrogare, niſi ex iuſta cauſa [e]: ſed nec libertũ alienum, [f] nec maiorem minor. [g]

XVI. IAVOLENVS *libro ſexto ex Caſsio.*

Adoptio enim in iis perſonis locum habet, [h] in quibus etiam natura poteſt habere.

Adultus vel pupillus nõ poteſt adoptari per tutorẽ vel curatorẽ.

XVII. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

Nec ei permittitur adrogare, qui tutelam vel curam alicuius [i] adminiſtrauit, [k] ſi minor vigintiquinque annis ſit qui adrogatur: ne fortè eum ideo adroget, ne rationes reddat. Item inquirendum eſt ne fortè turpis [l] cauſa adrogandi ſubſit.

Adrogatio pupilli debet fieri cum cauſæ cognitione, quæ infra ſequitur. & adrogãs pupillum debet ſatiſdare ſe reſtituturum bona ipſa, adrogatione finita per mortẽ impuberis, illis ad quos bona peruenire debent: vtputa ſubſtitutis vel aliis heredibus. quæ ſatiſdatio ſi non fuerit appoſita, datur eiſdẽ vtilis actio contra ipſum adrogãtem. h.d. vſque ad. l. ſi adrogator.

Eorum [m] dumtaxat pupillorũ * adrogatio permittẽda eſt his, qui vel naturali cognatione vel ſanctiſſima affectione ducti adoptarent: cæterorum prohibenda eſt, E ne eſſet [n] in poteſtate tutorum & finire tutelam, & ſubſtitutionem à parente factam extinguere. Et primùm [o] quidem excutiendum erit quæ facultates [p] pupilli ſint, & quæ eius qui adoptare eum velit: vt æſtimetur ex comparatione [q] earum, an ſalubris adoptio poſſit pupillo intelligi. deinde, cuius vitæ [r] B ſit is qui velit pupillum redigere in familiam ſuam. tertiò cuius idem ætatis ſit: vt æſtimetur an melius ſit de liberis procreandis cogitare eum, quàm ex aliena familia quemquam redigere in poteſtatem ſuam. Præterea videndum eſt an non debeat permitti ei qui vel vnum habebit vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum quos iuſtis nuptiis procreauerit, deminuatur ſpes, quã vnuſquiſque liberorum obſequio [s] C parct ſibi: aut qui adoptatus fuit, minus percipiat quàm dignum erit eum conſequi. Interdum & ditiorem permittetur adoptare pauperiori, ſi vitæ eius ſobrietas [t] clara ſit, vel affectio honeſta, nec incognita.

Satiſdatio [u] autem in his caſibus [x] dari ſolet. [y]

XVIII. MARCELLVS *libro vicenſimoſexto Digeſtorum.*

Non aliter enim voluntati eius qui adrogare pupil- D lum volet, ſi cauſam eius ob alia [z] probabit, [a] ſubſcribendum [b] erit, quàm ſi cauerit [c] ſeruo publico, [d] ſe reſtituturum ea quæ ex bonis eius conſecutus fuerit, illis ad quos res peruentura eſſet ſi adrogatus permanſiſſet in ſuo ſtatu. [e]

XIX. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Sabinum.*

His verbis [f] ſatiſdationis, quæ ab adrogatore præſtari debet, *Ad* [g] *quos ea res pertinet*: & libertatibus proſpectum eſſe, [h] quæ ſecundis tabulis da-

n *Ne eſſet*. ſi enim paſſim permitteretur adoptare cuilibet: A eueniret vt tutor adoptaret pupillum: & ſic finiretur tutela: cum omni cap. demi. pupilli tutela finiatur: vt inſtit. quibus modis tutel. fin. §. ſed & pupilli. item extingueretur ſubſtitutio: cũ pupillaris ſubſtitutio à patre facta, teſtamentũ filij eſſe dicatur: vt inſtit. de pupillari ſubſtitutione, §. igitur. & capitis deminutione etiã minima teſtamẽtũ infirmetur: vt inſtit. quibus modis teſtament. infir. §. alio.

o *Et primum*. id eſt poſt prædicta, vt appareat ſancta affectio in tutore. & aliis.

p *Quæ facultates*. facit infra de priuile. credi. l. ſi creditores.

q *Comparatione*. facit infra de teſtamen. l. iij. in principio. & infra de tranſ. l. cum hi, §. in perſona.

r *Cuius vitæ*. ſ. prodigus, an parcus.

s *Obſequio*. vt C. de inofficioſo teſtamen. l. ſiquando, §. illud.

t *Sobrietas*. plus enim facit grauitas & benigni mores ad fidem, quàm facultates: vt infra de tut. & cura. datis ab his. l. ſcire oportet, §. penult. & infra de verborum obligat. l. ſi quis ſtipulatus, in fin. & facit inſtit. de ſuſpe. tut. §. fin.

u *Satiſdatio*. i. cautio cum fideiuſſore.

x *Caſibus*. ſcilicet impubere adrogato.

y *Dari ſolet*. ſcilicet agnatis adrogati, & aliis: vel ſeruo publico id eſt tabellioni ſtipulanti pro eis, quòd reſtituat ipſis bona adrogati, ſi apud eũ deceſſerit adhuc impubes: vt infra eodem. l. proxi. & l. ſeq. Acc. Inſtit. e. §. 3.

z *Non aliter enim. ob alia*. quia probauit omnes caſus qui ſuperiori lege continentur. quid ſi de his omnibus quæſitũ nõ fuerit? Reſpon. nõ valet adoptio: vt. ff. de trãſact. l. cum hi, §. ſi prætor. & C. eod. l. cum enim. licet ſit argu. contra. ff. de ſenato. l. ſenatoris filius. & ff. de vẽ. inſp. l. j. in fin.

a *Probabit*. ſcilicet adrogator.

b *Subſcribendum*. id eſt conſentiendum à principe, vel ab alio vice principis.

c *Si cauerit*. id eſt promiſerit.

d *Seruo publico*. i. tabulario: vt infra rem pupilli ſal. fo. l. ſi pupillus. & inſtit. eo. §. cum autem. ſeruus autem non poteſt eſſe tabellio: vt C. de tabular. ſcrib. l. generali, lib. x.

Seruus tabellio eſſe non poteſt.

e *In ſuo ſtatu*. i. ſi ſe in adrogationem non dediſſet. Accur.

f *His verbis*. ad quos ea res pertinet, vt. ff. proximè.

g *Ad quos*. vel materialiter, vel cauſatiuè.*

h *Proſpectum eſſe*. impropriè: vt infra de verborum ſignificatione. l. ſciendum, §. fin.

*aliàs, ſignificatiuè.

UNED

tæ ſunt, & multo magis ſubſtituto ſeruo, item legatariis, nemo dubitat. [a] quæ ſatiſdatio ſi omiſſa fuerit, vtilis actio [b] in adrogatorem datur.

XX. MARCELLVS *libro viceſimoſexto Digeſtorum.*

HÆc autem ſatiſdatio locum habet ſi impubes [c] deceſſit. ſed & ſi de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla [d] obſeruandum eſt: B

XXI. GAIVS *libro ſingulari Regularum.*

NAm & fœminæ ex reſcripto principis * adrogari [e] poſſunt.

* Olim non per populũ Gell. lib. 5. ca. 19. Vlp. in frag. e. tit.

XXII. VLPIANVS *libro viceſimoſexto ad Sabinum.*

SI adrogator [f] deceſſerit impubere relicto filio adoptiuo, [g] & mox impubes decedat, an heredes adrogatoris teneantur? [h] Et dicendum eſt heredes quoque reſtituturos [i] & bona adrogati, & præterea quartam C partem. [k] Sed an impuberi adrogator ſubſtituere poſſit quæritur. & puto non admitti ſubſtitutionem, niſi fortè ad quartam ſolam [l] quam ex bonis eius conſequitur, & hactenus, vt ei vſque ad pubertatem ſubſtituat. Cæterùm ſi fidei eius committat, vt quandoque reſtituat, non oportet [m] admitti fideicommiſſum: quia hoc non iudicio [n] eius ad eum peruenit, ſed principali prouidentia. [o] *Hæc omnia dicenda ſunt ſiue in locum filij, ſiue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit.

* D. Pij. l. 13. ꝗ. ſi quid in fraud. pat. l. j. §. j. ꝗ. de collat.

XXIII. PAVLVS *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

QVi in adoptionem datur: his quibus adgnaſcitur, [p] & cognatus fit: quibus verò non adgnaſcitur, nec cognatus fit. adoptio enim non ius ſanguinis, [q] ſed ius adgnationis [r] affert. & ideo ſi filium

a *Dubitat.* aliàs enim actio ſubſtitutis vel legatariis non daretur, cùm teſtamentum ſit ruptum capitis deminutione: vt inſtitu. quibus modis teſta. infir. §. non tamen. & facit infra de vulga. ſubſti. l. cauſa.

b *Vtilis actio.* Not. intelligi ſtipulationem vbi non eſt. ſic infra ſi cui plus quàm per legem Falcid. l. niſi, §. item ſciendum. & C. de rei vxor. actio. in princi. & in authent. vt nulli iudi. §. ſuper hoc, colla. ix. & facit ad hoc infra de vſufruct. earũ rerum quæ vſu conſu. l. hoc ſenatuſconſultũ, §. j. & de dam. infect. ſi finita, in princ.

c *Hæc autẽ. Impubes.* ergo ĩ adulto non habet locum hæc ſtipulatio, etiam ab initio.

d *In pupilla.* Nam appellatione pupilli & pupilla continetur, ſed non econtra: vt infra de leg. iij. l. ſeruis legatis, §. ſed pueris.

e *Nam & fœminæ. Adrogari.* paſſiuè, non actiuè, niſi impetret à principe ſolatium liberorum amiſſorum: vt C. eo. l. mulierem. & inſtit. eod. §. fœminæ.

Si adrogator.] CASVS. Adrogator deceſſit filio adoptiuo relicto impubere. deceſſit tandem impubes iſte. tenentur heredes adrogatoris bona reſtituere impuberis, his qui veniſſent ad ſucceſſionem eius ab inteſtato, ſi adrogatus non fuiſſet: dare etiam quartam partem, quantam reliquit ei adrogator. & in iſta quarta poteſt ei ſubſtituere vſque ad pubertatem, & non vltra. Vltimo dicitur quòd hoc locum habet etiam ſi quis adrogauerit in locum nepotis. Viuianus.

f *Si adrogator.* hæc lex loquitur cum adrogator prius in fata conceſſit, & benè. & ſic poſtea pubere decedente ſubſtitutus ei D in paterno teſtamento admittetur per bonorum poſſeſſoriam hereditatis petitionem: quia tempore mortis inueniebatur ſui iuris: & ſic reconfirmata eſt ſubſtitutio extincta per adrogationem: vt inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. §. non tamen. ſed quid ſi prius deceſſiſſet impubes? videtur ſubſtitutus nõ admitti: ſed illi qui ſuccederent ab inteſtato ſi adrogatus remanſiſſet in ſuo ſtatu: vt inſtitu. quibus modis teſtamen. infir. §. non tamẽ. & ſupra eodem. l. nec ei, §. eorum. ſed dic ſubſtitutum admitti ex ſtipulatione tacita, vel expreſſa, quaſi lex fingat teſtamentum non rumpi: vt ſupra eodem. l. his verbis. ſed pone adrogatorem ſubſtituiſſe aliquem in quartam quam ei dat ex bonis propriis, & impuberem poſt adrogationem deceſſiſſe. numquid dicam admitti ſubſtitutũ in quarta ad ipſam quartam, & venientes ab inteſtato ad alia bona, ſi ponas nullum ſubſtitutũ à patre naturali? non audeo hoc dicere, cum nemo pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederè poteſt: vt infra de regulis iuris. l. ius E noſtrum. ſed numquid dicam ſubſtitutũ à patre naturali in cæteris bonis admitti in quartam: ſubſtitutũ ab adrogatore, quaſi ex duobus teſtamentis ſucceſſerit? dicam ergo ſubſtitutum in quarta, & quartam iure inſtitutionis, & eius occaſione etiam alia bona habiturum. & tenetur ſubſtitutus in teſtamento patris naturalis ſi habet: vel ſi nullus fuerit ſubſtitutus, tenetur veniẽtibus ab inteſtato vtili actione ex ſtipulatu reddere bona adrogati. vel dic quòd heredes adrogatoris teneantur vtili actione, ſcilicet petitione hereditatis ſubſtituto à patre naturali eo caſu quando habuit ſubſtitutum. Et ſic ex prędictis videbitur iſte adrogatus deceſſiſſe duobus teſtamentis conditis pro ſe: vno à patre naturali: alio ab adrogatore: quod eſt mirabile, nec alibi inuenitur, niſi in milite: vt infra de mili. teſtamen. l. quærebatur, in principio. & inſtitut. de heredib. inſtituẽ. §. hereditas, verſicu. non autem.

Decedere quis poteſt duobus teſtamentis conditis.

A g *Adoptiuo.* non herede relicto, ſed aliis extraneis inſtitutis. Accurſius.

h *Teneantur.* ſcilicet ſubſtitutis in teſtamento patris naturalis: vel etiam agnatis.

i *Reſtituturos.* ſcilicet eis qui veniſſent ſi adrogatus non eſſet, & hoc per directam actionem ex ſtipulatu, id eſt natam ex verbis expreſſis ſi ſatiſdatum eſt ſeruo publico: vel ſi non, tunc per vtilem: vt ſupra eodem, l. non aliter. & , l. his verbis. & infra de vul. ſub. l. cauſa. & per bonorum poſſeſſoriã hereditatis petitionẽ: vt in alia gloſſa.

k *Quartam partem.* id eſt ex cõſtitutione diui Pij: vt infra de colla. bon. l. j. §. ſi impuberi. & infra de inofficioſo teſtamen. l. Papinianus, §. ſi quis impubes. & inſtit. eodem, §. cum autem. & hæc quarta petitur condictione ex dicta lege diui Pij, cum ad eum ſtipulatio porrigi non videatur: vt ſupra eodem. l. non aliter. & inſtitu. eodẽ, §. cum autem. ſed an hæc quarta eſt omnium bonorum, vel portionis ſibi ab inteſtato debitæ tantum? Reſpond. quidam, omnium. & ſecundum eos inuenitur plus adoptiuus quàm legitimus habere: ſi fortè ſunt quatuor legitimi vel plures, & vnus adoptiuus. vnde dic quartam, ſcilicet ſibi debitæ portionis ab inteſtato, vt in naturali quem pater vult exheredare: vt C. de inofficioſo taſtamen. l. parentibus. cum adoptio naturam imitetur: vt ſupra eodem. l. adoptio enim. Accur.

l *Quartam ſolam.* ſubaudi, & ad cætera quæ beneficio adrogatoris ad eũ peruenerint: vt infra de vulg. ſubſti. l. ſed ſi plures, §. in adrogato quoque, quæ eſt contra. vel dic quartam ſolam, id eſt tantum. & ſubaudi, & eam partem quam, &c. & eſt ſimilis lectura. C. de ſacroſan. eccle. l. placet.

m *Oportet.* ſed ſi aliud vltra quartam ei reliquit, poterit ei ſubſtituere in eo poſt pubertatem: vt. ꝗ. ſubiicit.

n *Iudicio.* id eſt non mera liberalitate.

o *Prouidentia.* quæ iſtud ſtatuit, ſcilicet conſtitutione diui Pij.

Qvi in adoptionem.] CASVS. Filius meus quem in adoptionem tibi dedi. efficitur quidem iſte filius poſt adoptionem cognatus illis quibus erat adgnatus ante adoptionem. Vel aliter dic, efficitur cognatus his quibus adgnaſcitur. & de hoc ponit exempla, ita quòd ſi filium adoptauero, vxor mea iſti filio adoptiuo non fit mater: nec eius cognata fit, vel agnata. Item mater mea non eſt illi auia. ſed ſi habeo filium, efficitur frater filiæ meæ: : dum tamen nec vxorem meam, nec matrẽ meam ducat in vxorem. Viuianus.

p *Adgnaſcitur.* id eſt quibus erat adgnatus ante adoptionem, efficitur cognatus poſt adoptionem, ſecundum M. ſed malè. quid enim ſi prorſus ab extraneo adrogetur? non fieret adgnatio, vel cognatio, ſecundum eum: quod eſt falſum: vt infra vnde cog. l. j. §. cognationem. ſed ipſe de primis adgnatis fortè intellexit, qui per capit. demi. deſinunt eſſe adgnati, ſed remanent cognati. dic ergo, adgnaſcitur his tantum quibus eſt adrogator adgnatus. ſed in quo apparebit hæc adgnatio, vel cognatio? Reſpond. in iure quod habent adgnati inter ſe, & conſequenter in eo quod habent cognati in ſuccedendo. & aliis: vt infra de ſu. & legi. l. ij. §. hereditas. ſed hodie hoc habet locum tantum in adrogatione, non in adoptione, niſi detur non extraneo: vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis, §. ſed ſi quidem. & inſtit. eodem, §. ſed hodie.

q *Sanguinis.* id eſt cognationis.

r *Adgnationis.* quod eſt ius ciuile. & ſic ciuile ciuili ſe applicat

UNED

cat non naturali.

a *Matris loco non eſt*.ſed nouercæ:vt infra de ri.nupt.l. adoptiuus, primo reſpon.

b *Familiam*. hic ponitur familia pro adgnaticia cognatione. infra de verb.ſigni.l.pronunciatio.§.communi.

c *Nuptiis*. hoc tamen aduerſatur ei quòd de matre & vxore adoptãtis dicitur: & hoc perpetuo. ſororem autem ſoluta adoptione accipere poſſumus:vt.j. de ri.nupt.l. adoptiuus, in prin.&.l. quinetiam, in princ.&. §. item patris. Accurſius.

Neque.] CASVS. Si volo aliquem adrogare, debet expreſſim is qui adrogatur, conſentire. vnde ſi eſt abſens, vel diſſentiat: adrogare eum nõ poſſum. Viuia.

d *Neque*. facit ſupra eodem.l. in adoptionibus. Accur.

Poſt mortem.] CASVS. Filiam habebam quæ à me emancipata ita vixit, quaſi ſui iuris eſſet. tandem deceſſit, & hæredem ſibi inſtituit. vtrum poſſim mouere quæſtionẽ non iure eam emancipatam fuiſſe? Reſpond. quòd non. ſecundò dicit, per alium quis abſens adrogare non poteſt. Viuia.

Cõtra factũ ſuũ an quis venire poſſit.

e *Factum ſuum*. No. quem non poſſe venire cõtra factum ſuum. ſic infra de ſer.ruſt.prędi.l.profundũ. in gloſſ. fi.&. C. de ſeruo pi.da. l.ſi creditoribus.&. C. de reuo.do.l. cum profitearis.&. C. de remiſ. pig.l.j.Sed argu.contra C.de agri.& cẽſi.l.quẽadmodum,lib.xj.&. C. de lib.cau.l.j.&. C. de murile.l. murileguli, li. xj.Sol. refert an aliquis faciat quod eſt prohibitum à lege, an quod non eſt prohibitum: vt emancipare non ſolenniter:ſed tamen eſt eius contrarium permiſſum (vt emancipare ſolenniter) id eſt facit aliquid omiſſa illa ſolennitate quam vult lex intercedere. In primo caſu non obſtat factum ſuum alicui. In ſecundo obſtat, vt.C.de agri. & cẽſi.d.l. quemadmodum. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit factum contra legem, hic autem præter, ſecundum Bart.

f *Prohibetur*. imò videtur pater admittendus:vt.C. ſi aduer.rem iudi.l.ſi cum pater.&.C.ne de ſta.defun.l.quod eſt conſtitutum. & infra de proba.l.ab ea parte,in fin. quæ ſunt contrariæ. ſed dic quòd hæc duo obſtant patri, & factum ſuum, & longi temporis curſus,puta decennium, vel plus:in legibus contrariis vnum tantum,ſcilicet factum:ar.C.de fun.pa.l.fi.lib.xj. vel ibi in.l. illa, ne de ſta. defun. non admittitur pater, ſed hæredes eius admittuntur:quoniam ſi illa veniret ad patris hereditatem, repellerent eã, niſi omnia quæ adquiſiuiſſet, reduceret in commune. vel ibi ab alio:hîc à patre.

Quędã poſſum per me quæ per alium non poſſum.

g *Nec per alium*. No.quædam poſſum per me, quæ per alium nõ poſſum:vt hîc,&.C.de iudi.auth.ad hæc.&.C.de his qui ve. æta. impe.l.ij.in glo.per ſe.&.j.de adqui.heredi. l. ſi ſolus, in fi. & ibi glo.Sed argu.contra.j.de admi.tuto. l. ita autem,§. geſſiſſe.&.s. de ſtat.hom.l.Arethuſa,in fin.Sol.colligitur.C.de cadu. tol.l.j.§. ne autem.

adoptauerim, vxor mea illi matris loco non eſt:[a] neque enim adgnaſcitur ei, propter quod nec cognata eius fit. Item nec mater mea, auiæ loco illi eſt: quoniã his qui extra familiam[b] meam ſunt, non adgnaſcitur. ſed filiæ meæ, is quem adoptaui, frater fit: quoniam in familia mea eſt filia, nuptiis[c] tamẽ etiam eorum prohibitis.

XXIIII. VLPIANVS *libro primo Diſputationum*.

Neque[d] abſens neque diſſentiens adrogari poteſt.

Pater contra emancipationem à ſe factam & diuturnitate temporis roboratam venire non poteſt. Bartolus.

XXV. IDEM *libro quinto Opinionum*.

Poſt mortem filiæ ſuæ, quæ vt materfamilias quaſi iure emancipata vixerat, & teſtamento ſcriptis heredibus deceſſit: aduerſus factum ſuum,[e] quaſi non iure eam nec pręſentibus teſtibus emãcipaſſet, pater mouere cõtrouerſiam prohibetur.[f]

Id quod per me poſſum, nõ poſſum per alium.

Neque adoptare neque adrogare quis abſens, nec per alium.[g] eiuſmodi ſolennitatem peragere poteſt.

XXVI. IVLIANVS *libro ſeptuageſimo Digeſtorum*.

Quem filius meus emancipatus adoptauerit, is nepos meus non erit.[h]

XXVII. IDEM *libro octageſimo Digeſtorum*.

Ex adoptiuo[i] nat⁹, adoptiui[*] locum obtinet in iure ciuili.[k]

De emancipationibus.

XXVIII. GAIVS *libro primo Inſtitutionum*.

Liberum arbitrium eſt ei qui filium, & ex eo nepotem in poteſtate habebit, filium quidem poteſtate demittere, nepotem verò in poteſtate retinere: vel ex diuerſo filium quidem in poteſtate retinere, nepotem verò manumittere:[l] vel omnes[m] ſui iuris efficere. eadem & de pronepote dicta eſſe intellegemus.

Nota quòd in adoptione verborum expreſſio non requiritur.

XXIX. CALLISTRATVS *libro ſecundo Inſtitutionum*.

Si pater naturalis loqui quidem non poſſit, alio tamen modo quàm ſermone manifeſtum facere poſſit velle ſe filium ſuum in adoptionẽ dare: perinde cõfirmatur adoptio, ac ſi iure[n] facta eſſet.

XXX. PAVLVS *libro primo Regularum*.

Et qui vxores nõ habent,[o] filios adoptare poſſunt.

Opponitur de.l.ſi lenones.C.de epiſc.au. Sol.hęc regula fallit in caſibus hic notatis, & no. inſtit.qui. mo.ius pa.po.ſol.§.fi.ſed quid ecõtra, vide glo.l.nec auus.C. de emãci.libe.Nam beneficium non confertur in inuitum, &c. Bart.

XXXI. MARCIANVS *libro quinto Regularum*.

Non poteſt filius qui eſt in poteſtate patris, vllo modo[p] compellere eum ne ſit in poteſtate: ſiue naturalis, ſiue adoptiuus.

Quem filius.] CASVS. Titius filius meus emancipatus aliquem adoptauit: an ſit iſte quem filius meus adoptauit, mihi loco nepotis? Reſpondeo quòd non eſt nepos meus. Viuianus.

h *Non erit*. quia filius meus deſiit eſſe per emancipationem adgnatus: vnde nec per eum alius fit mihi adgnatus: vt.s. e. l. qui in adoptionẽ. Hodie tamen cũ filius per emancipationem nõ deſinat eſſe adgnatus, videtur quòd ille ſit nepos: vt inſtitu. de leg.ag.ſuc.§. fina.

* Ne potis. ſcilicet.

Inſtit. quib. mod.ius pat. pot.ſol.

Ex adoptiuo.] CASVS. Adoptaui Titiũ: qui poſt adoptionem filium procreauit. iſte filius Titij obtinet locum Titij: & venit in poteſtatem meam. Si filium habeo, & ex eo nepotẽ: ſimul emancipare poſſum: vel vnũ retinere, & alium emãcipare. hoc idem in aliis deſcendentibus intelligas.h.d.cum.l. ſequen. Viuia.

i *Ex adoptiuo*.ſcilicet filio.

k *Ciuili*. ſcilicet ſuccedendo ei ab inteſtato. & hoc ſi natus fuit poſt adoptionẽ: ſecus in adrogato. nam & natus ante adoptionẽ, & natus poſt, in adrogatoris erit poteſtate: vt j.eo.l.adrogato.

Manumiſſio ſeruos tãtum reſpicit.

l *Liberum manumittere*. impropriè ponitur, cum manumiſſio ſeruos tãtùm reſpiciat: vt infra quando actio de pecu.eſt an.l.j. §.j.

m *Vel omnes*. id eſt ambos. & eſt pro nobis in eo quod diximus ſupra eo. l. ſed & facit ad hãc legem inſti. qui. mo.ius pa.po.ſol.§.admonendi. Sed ar. contra infra de vul. & pupil.ſubſti.l. ſed & ſi plures,§.filio.Accurſius.

Si pater.] CASVS. Pro intellectu huius legis præſuppone quòd qui dat filium ſuum in adoptionem, conſentire debet. vnde pone quòd pater conſentire non poteſt expreſſim, quia mutus: ſi cõſentiat alio modo quàm verbis expreſſis, valet adoptio. Viuianus.

n *Iure*. id eſt expreſſis verbis. vbi enim ſermone opus nõ eſt, ibi conſenſus ſolus ſufficit: vt infra de actioni.& obliga.l.in quibuſcunque. & infra de verbo oblig.l.ſi ſtipuler, §.fin. & facit infra ſi cer.peta.l.cum quid.& infra de regu.iur.l.vbi.Accur.

o *Et qui vxores non habent*.ſubaudi, tamen habere poſſunt. vnde ſpadones adoptare poſſunt: caſtrati non: vt. j. eo.l.adrogato,§.fin.& inſtitu.e.§.ſed & illud.& ſupra eo.l.ij.§. fin.& infra de iure do.l.ſi ſerua ſeruo,§.ſi ſpadoni.Accur.

Non poteſt.] CASVS. Hac.l.traditur quòd filius patrem cogere non poteſt quòd emancipet eum: ſiue ſit filius naturalis, ſiue adoptiuus. vnde pone: Vitricus cum eſſet tutor, priuignum adoptauit: quod poteſt: cogitur tamen cauſa cognita eum emancipare. nam ſi pubes ſit factus, bene cogetur vitricus priuignum emancipare, ſi non expediat priuigno quòd ſit in poteſtate vitrici. & hoc dicit hæc lex cum duabus legib. ſequentibus. Viuianus.

Pater cogitur aliquãdo filium emancipare.

p *Vllo modo*. ſcilicet regulariter. nam in caſibus quatuor ſecus:

UNED

vt ſi filię neceſſitatem peccandi imponat:vt.C.de epiſ.aud.l.ſi lenones.Item ſi malè ſe pater contra filium habuit: vt infra ſi à pa. quis fue. ma.l. fin. Item ſi legatum ſit patri relictum hac conditione,vt filium emancipet,& accepit:vt infra de conditio. & demonſt.l.ſi cui.Item eſt quartus,vt infra.l.proxi.quæ in vitrico & priuigno loquitur. Idé eſt generaliter in quolibet minore adrogato: vt infra de minorib. l. iij.§. ſi quis minor.& facit ad hanc legem inſti. quibus mod.ius pa.po. ſol.§.fi.&.C.de emanc. libe. nec auus. & infra vnde libe.l.filius,in fin. Accur.

ptiuus.

XXXII. PAPINIANVS *libro trigenſimo primo Quæſtionum.*

NOnnunquam autem impubes qui adoptatus eſt, audiẽdus erit, ſi pubes factus emancipari deſideret. idque cauſa cognita [a] per iudicem ſtatuẽdum erit.

Imperator Titus Antoninus reſcripſit, priuignum ſuum tutori adoptare [b] permittendum. B

XXXIII. MARCIANVS *libro quinto Regularum.*

ET ſi pubes factus non expedire ſibi in poteſtatem eius redigi [c] probauerit: æquum eſſe emancipari eum à patre adoptiuo, atque ita priſtinum ius recuperare.

XXXIIII. PAVLVS *libro vndecimo Quæſtionum.*

QVæſitum eſt, ſi tibi [d] filius in adoptionem hac lege ſit datus, [e] vt poſt trienniũ C puta eũdem mihi in adoptionem des, an * actio [f] vlla ſit: vt Labeo putat nullam eſſe actionem. [g] nec enim moribus noſtris cõuenit filium temporalem habere.

XXXV. IDEM *libro primo Reſponſorum.*

PEr adoptionem dignitas non minuitur, ſed augetur: [h] vnde ſenator etſi à plebeio adoptatus eſt, manet ſenator, ſimiliter manet & ſenatoris filius.

Emancipatio & adoptio quæ de voluntaria iuriſdictione ſunt, poſ D ſunt fieri quocũque loco: dum tamen idoneo. Barto.

XXXVI. IDEM *libro octauodecimo Reſponſorum.*

EMancipari † filium à patre quocunque loco [i] poſſe conſtat, vt exeat de patria poteſtate. Apud proconſulem etiam in ea prouincia quam ſortitus nõ eſt, [k]

a *NOnnunquã. Cauſa cognita.* vt ſi locuples ſit pupill⁹ adrogatus à paupere vel prędone ſic.ĩ.de mino. l.iij.§.ſi quis mino. Ac.

Pli.lib. 10.epiſtol.ponit ſpeciem.

b *Adoptare.* Not. vitricum poſſe eſſe tutorem priuigni ſui: vt. C. de cõtra. iudi. tute.l.fi. item not. ꝙ poteſt eum adrogare. Sed cõtra. ſ̃. e.l.nec ei, in princ. Sol. vt ibi. vel dic ſpecialiter à principe fuit impetratum, ſecundum.Io.

c *ET ſi pubes.*] *Redigi* id eſt redactum fuiſſe. Accur.

SI tibi.] CASVS Filiũ meum hoc pacto in adoptionem tibi dedi, vt poſt triennium eum adoptionem mihi des. non valet quidem talis adoptio. Viuia.

*preſcriptis verbis ſcilicet.

d *Si tibi* aliàs incipit, ſi tibi.& aliàs, quęſitum eſt. Accur.

e *Datus.* à me patre, vel ab alio. Accur.

f *Actio.* id eſt actus. ſic C.de ſacroſan.eccle. authen. hoc ius, vel dic propriè. Accur.

g *Actionem.* i. actum. vel dic propriè, vt modò. vnde not. ꝙ dies habetur pro non appoſita, & pactum totum, vt ĩ.de reg.iur. l. actus legitimi. &. ĩ. de hered. inſti.hereditas. Accur.

Dẽ emancipationibus. †Vide omnino quod no. Inno. extra de offic. lega.c. quod tranſlationẽ. & eo.ti.ca. nouit.

PEr adoptionem.] CASVS. Si plebeius ſenatorem adoptet, manet ſenator. & qui adoptatus eſt, ſi eſt filius ſenatoris, manet filius ſenatoris. Viuianus.

h *Augetur.* domicilium etiam adiicitur: vnde ibi poteſt conueniri: vt. ĩ.ad munici.l.ordine, in fi. Item nota nõ minui dignitatẽ adoptione. ſic. ĩ.de ſena.l. ſenatoris filius, §. à ſenatore. ſecus per matrimonium: vt infra eod.tit.l. fœminæ. &. C. de dignitatibus lib.duodecimo.&.l.mulieres. Accur.

EMancipari.] CASVS. Filium meum quocunque loco, dum tamen idoneo, emancipare poſſum. Item poſſum emancipare filium coram præſide, etiam ſi nõ regat prouinciam illam vbi emancipo filium meum. Viuianus.

i *Loco.* idoneo tamen. ſic. ĩ.de cõſtitu.pecu.l.qui autem, in fin.& l.ſi duo. vel nõ inhoneſto: vt. ĩ.de arbi.l.ſi cũ dies, §.ſi arbiter. dic ergo, in quacunque prouincia, & in quacunque ciuitate: coram iudice tamen: vt inſti.quib.mo.ius pa.po. ſol. §. noſtram autẽ. ſit ordinarius vel non: vt infra de manu.vin.l.etiam, §.fin. dico enim magiſtratus municipales habere hanc poteſtatem: vt. C. de magiſtra.munici.l.ij. Accurſius.

k *Non eſt.* non ergo debuit ei pareri: vt infra de iuriſ. om.iu.l.fi.

A quæ eſt contra. ſed hîc de voluntaria, ibi de contentioſa iuriſdictione dicit: argu. infra de offic.proconſ.& leg.l.ij.in princip. vel hîc inter homines ſuæ iuriſdictionis: ibi non.

& manumitti, & in adoptionem dari poſſe placet.

XXXVII. IDEM *libro ſecundo Sententiarum.*

ADoptare [l] quis nepotis loco poteſt, etiam ſi filium nõ habet. Eum quem quis adoptauit, emancipatum vel in adoptionem datum iterum non poteſt [m] adoptare.

Hæc lex cum ſequen. eſt bona, & quotidie allegatur. In cõfirmatione adoptionis non iure factæ, requiritur citatio illorum qui ex confirmatione poſſunt lædi.

XXXVIII. MARCELLVS *libro vicenſimo ſexto Digeſtorum.*

ADoptio non iure facta, [n] à principe confirmari poteſt:

XXXIX. VLPIANVS *libro tertio de officio Conſulis.*

NAm ita diuus Marcus Eutychiano reſcripſit: Quod deſideras, [o] an impetrare debeas, æſtimabunt iudices adhibitis etiam his qui contradicent: id eſt, qui læderentur [p] confirmatione adoptionis.

In poteſtatem adrogatoris non ſolum trãſit adrogatus, ſed & filij eius. Bartolus.

XL. MODESTINVS *libro primo Differentiarum.*

ADrogato patrefamilias, liberi qui in eius erant poteſtate, [q] nepotes apud adrogatorẽ D efficiuntur: ſimúlque cum ſuo patre in eius recidunt poteſtatem. quod non ſimiliter in adoptionẽ contingit. nã nepotes ex eo, in aui naturalis retinentur [r] poteſtate.

Non tantum cum quis adoptat, ſed & cũ adrogat, maior eſſe debet eo quem ſibi per adrogationẽ vel per adoptionem filium facit: & vtique plenæ [ſ] * pubertatis,

ADoptare.[CASVS. Si filium non habeo, poſſum nihilominus aliquem in nepotem adoptare. Secundò dicit, quòd ſi emancipo illum quem adoptaui, vel alij do in adoptionem, non poſſum eum iterum adoptare. Viuianus.

l *Adoptare.* facit inſtitut. eod. §. licet. Argu. cõtra ſupra eod. l. adoptio enim.

Inſtit.e.§.6.

m *Non poteſt.* ne leges ſint ludibrio: vt. C. de bo.quæ libe.l. fin. circa finem.&.C.de cura.furi.l.cum aliis, in fi.& infra de iudi. l. ſi prætor. ſecus in naturali, qui non tranſlatus ſed redditus videtur: vt. ĩ. de libe.& poſthu.l.filio, quę eſt contra.&. ſ̃.eod.l. ſi pater, §.qui duos. &. ĩ. eo.l.ſi pater.

ADoptio.] CASVS. Si adopto aliquẽ non rectè, vt quia debebam coram principe, & adrogaui coram magiſtratu, princeps poteſt hoc confirmare: & in iſta confirmatione debent eſſe illi qui læderentur ex hac vel per hanc confirmationem: vt in.l.ſequenti, quæ cõtinuatur cum iſta. Viuianus.

n *Facta.* vt coram magiſtratu: cũ eſſet ſui iuris, vel coram ſenatu: vel ſecũdum H. coram magiſtro de Grammatica: vel facta ſine teſtibus, vel ſine ſcriptura. Accurſius.

o *NAm ita. Deſideras.* vt adoptio non iure facta confirmari poſſit.

p *Qui læderẽtur.* ſi non intereſſent cõfirmationi: vt ſunt tutores & curatores: & filius, cum loco nepotis aliqs adoptatur: vt. ſ̃.eo.l. cum nepos. nam quod omnes tangit, &c. vt.C. de auctorita.præſtan.l. fin. ſed an adgnatorum? Reſpond. fortè ſic, ſecundum Ioan. nec ob. ſupra eodem.l.cum adoptio. quia hic loquitur quando per reſcriptum confirmatur. Vnde eſt hic argum. E quòd quando reſcripta impetrãtur, debeant interuenire qui per reſcriptum læderẽtur: vt ar. infra de na.re.l.fina.& infra de mino. l.in cauſæ.j.§.cauſa.& in authen. vt ſpon.lar.§.ad hæc, colla. viij. & negotiorum merita, partium, &c. vt.C. ſi per vim vel alio modo.l.fina.

Inſtit.e.§.5.

*plena pubertate.

Reſcriptis impetrandis debent interuenire qui per ea lędi poſſunt.

ADrogato.] CASVS. Si adrogo aliquem efficitur in mea poteſtate: & filij ſui. ſecus in adoptione eſt. nam pater naturalis retinet nepotes in ſua poteſtate. Itẽ dicit quòd adoptator debet eſſe maior xviij. an. eo quem adoptat. Item dicit quòd ſpado adrogat, & poterit ſibi inſtituere. Viuianus.

q *Poteſtate.* vt hîc, & ſupra eod.l.ij.§.fi.&.l.ſi paterfa. in princ. & infra de cap.de.l.iij.in prin.

r *Retinentur.* ſed an recidant in poteſtatem adrogatoris, ſi poſtea auus naturalis moritur? Reſpon. ſic, vt ſupra eodem.l. paterfamil.

Pubertas triplex.

ſ *Plenæ.* Nota: plena dicitur quandoque. xiiij. annorum: vt inſti.

UNED

inſtit.quibus mo.tute.fin.in princip.plenior.xvij.an.in qua quis poſtulare poteſt:vt infra de poſtuland.l.j.§.pueritiã.& inſtit.qui manumit. non poſ.§. finali. alia pleniſſima : ſcilicet. xviij. an. vt hîc: & quando relinquuntur alimenta impuberibus:vt infra de alimen.& ci.leg.l.Mela.in princ.Sed nunquid ſi plures adoptat, pluribus pubertatibus præcedere debet ? Videtur quòd ſic: vt infra de no.ope. nuncia. l.de pupillo,§.ſi in pluribus.ibi, quia in re? Sed id non credo, cum & naturaliter plures naſci poſſunt: vt infra de ſolu.l.ſi pater.& infra ſi pars here. peta.l. antiqui.& adoptio naturam imitatur.

a *Accerſere.* id eſt ſibi heredem ſuum conſtituere,ſeu adſciſcere(vt vult Bu.) vt hîc, & ſupra eo.l.ij.§.illud.

S*I pater.*] CASVS. Filium habebã Titium, & ex eo nepotẽ. emancipaui Titium filium meum, & nepotem in poteſtate mea retinui:& poſtea illum filium meum emancipatum adoptaui : & poſtea deceſſi. nũquid nepos meus recidit in poteſtatem Titij? & reſpondetur quòd non. Secundo dicit: Pone, Titium alij in adoptionem dedi: & nepotem in poteſtate mea retinui: & iterum Titium adoptaui. in hoc caſu non recidit in Titij patris ſui poteſtatem iſte nepos. Viuianus.

b *Si pater.* Duos ponit caſus. primo emancipauit filiũ pater nepote in poteſtate ſua retento. ſecundo caſu dedit eum alij in adoptionem. & totum intellige in patre naturali. nam adoptiuus redadoptare non poſſet : vt.ſ.eod.l.adoptare,§.eum.ſed quæ eſt ratio quare non recidit,cum in priſtinũ ſtatum redierit? Reſpon. quia quaſi liberatus fuit hic nepos à patris ſui poteſtate, eo ſcilicet patre emancipato : id eſt hoc conſecutus eſt, quòd non debeat auo mortuo in eius recidere poteſtatẽ. & qui liberatus eſt, poſtea reuerti non poteſt niſi per adoptionem, vel niſi ingratus exiſtat: vt.ſ.eo.l.qui liberatus.& in auth.conſti.quæ dig.§.illud quoq;,col.vj.& in auth.de ſanc.epiſ.§. ſed hoc quidem,colla.ix. eſt & alia ratio, quia emãcipatus filius naturalis, poſtea adoptatus,conſequitur id per adoptionẽ,quod quilibet alius extraneus ſi adoptaretur : & nihil amplius. ergo finita adoptione, quod fit morte patris,oĩa iura per eum quæſita perdit:vt.ſ.eo.l.in omni.

c *Mortuo eo.* ſcilicet auo.

d *Quem.* ſ.filium.& hæc non ſunt vera,ſi filius de poteſtate exiuit per dignitatem,quia omne bonum,&c.vt in authen.conſtit. quæ dig.§.illud,quæ eſt contra,col.vj.

E*Tiam.*] CASVS. Filium meum infantem dedi in adoptionẽ. an poſſum,quæritur. Et dicitur quòd ſic.Viuianus.

e *Etiam infantem.* qui eſt vſque ad.vij.an.vt. C.de iure delibe.l. ſi infanti.item hoc in adoptione : ſecus in adrogatione : vt.ſ.eo. l.in adoptionibus,niſi fieret vt diximus ſupra eo.l.ij.

f A*Doptiones. Deinceps.* vt ſi pronepotis loco aliquẽ adoptem, quaſi ex nepote natum : & ſic de ſingulis. & facit ad hoc inſtit.eod.§.licet.

S*Is.*] CASVS. Nepotem habebã ex filio meo.poſtea quendã alium in loco nepotis adoptaui. deceſſi tandẽ.an ius paternitatis ſit inter iſtos, quæritur.diſtinguitur : aut adoptaui quaſi ex filio mortuo:& hoc caſu nõ erunt fratres.aut quaſi ex filio viuo: & erunt fratres. Sed dominus V. aliter diſtinxit. aut adopto expreſſe ex tali filio,cum plures habebam,vel habere poſſum : quo

† accerſere vulg.

Inſtit.e.

* vel deinceps.

Gell.li.5.c.19.

id eſt decem & octo annis eum præcedere debet. Spado adrogando ſuum heredem ſibi adſciſcere [a] poteſt: † nec ei corporale vitium impedimento eſt.

Emancipato filio, vel in adoptionem dato, nepos ex eo poſt mortem aui non recidit in poteſtatem ipſius.

XLI. IDEM *libro ſecundo Regularum.*

SI pater [b] filium ex quo nepos illi eſt in poteſtate, emancipauerit, & poſtea eum adoptauerit: mortuo [c] eo nepos in patris non reuertitur poteſtatem. nec is nepos in patris reuertitur poteſtatẽ, quem [d] auus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptauit.

XLII. IDEM *libro primo Pandectarum.*

ETiam infantem [e] in adoptionem dare poſſumus.

XLIII. POMPONIVS *libro viceſimo ad Q. Mucium.*

ADoptiones non ſolùm filiorum, ſed & quaſi nepotum fiunt: vt aliquis nepos noſter eſſe videatur, perinde quaſi ex filio, vel incerto [f] natus * ſit.

XLIIII. PROCVLVS *libro octauo Epiſtularum.*

SI is qui nepotem ex filio [g] habet, in nepotis loco aliquem adoptauit: non puto mortuo auo iura conſanguinitatis [h] inter nepotes futura [i] eſſe. ſed ſi ſic adoptauit,vt etiam † iure legis [k] nepos ſuus eſſet, quaſi ex Lucio puta filio ſuo, [l] & ex matrefamilias eius natus eſſet,contra puto. [m]

XLV. PAVLVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

ONera eius [n] qui in adoptionem datus eſt , ad patrem adoptiuum transferuntur.

XLVI. VLPIANVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

IN ſeruitute mea [o] quæſitus mihi filius, in poteſtatẽ meam redigi beneficio [p] principis poteſt: libertinum tamen eum manere non dubitatur.

DE DIVISIONE rerum & qualitate.

TITVLVS VIII.

Lex iſta ordinatè procedit, quòd res quædam ſunt diuini iuris, quædam humani : quædam ſunt publicæ, quædam priuatæ: quædam incorporales, quædam corporales.

I. GAIVS *libro ſecundo Inſtitutionum.*

SVmma [q] rerum diuiſio in duos articulos deducitur. nam aliæ ſunt diuini iuris, aliæ

A caſu erunt fratres,vt in fin.legis dicitur.aut non dixi ex quo filio: & tunc non erunt fratres: vt in principio legis. & ſic duobus modis ponitur caſus. Viuianus

g *Ex filio.* ſcilicet mortuo,ſecundũ Ioan.vel dic,vt Ir.velle videtur,ex filio,ſcilicet viuente,ſed non expreſſit ex quo, cum plures filios haberet.infra autẽ in ſecũdo caſu legis expreſſit. &ſic primũ non valet : quia non apparet ex quo velit.

h *Conſanguinitatis.* ſcilicet fraternitatis,quaſi ex eodẽ ſanguine proceſſiſſe videantur. ſed iura agnationis bene erũt inter eos:vt.ſ.eo. qui in adoptionẽ dantur. & ſic vt agnatus admittetur,nõ vt conſanguineus : & ita frater legitimus & natura lis,q. habet iura cõſanguinitatis, iſti præferuntur : & hoc ſecundum quoſdã. Tu dic quòd auo mortuo etiam ius agnationis ſit ſublatũ. argu.ſ.eo.in omni, ſecundum Ioã. ſ. in caſu quẽ poſuit Ioan.ſ.cum ex mortuo adoptatur.

i *Futura.* quia nec eo auo viuẽte fuerũt:vt.ſ. eo.l.qui in adoptionẽ.

k *Iure legis.* filius videtur alius iure naturæ, vt naturalis: alius iure legis, vt adoptiuus: vt hîc,&.ſ.eo.l.j.

l *Filio ſuo.* ſcilicet viuente, ſecũdum Ioan. & conſentiente: vt. ſ. eo.ſi quis.vnde ſecundum hoc eſt ratio in promptu: quia vbi viuente filio meo, & cõſentiẽte & volẽte tanquam ex eo nepotem adopto,me decedente recidit hic nepos in eius poteſtatem:vnde & agnatus eſt eidem,& alteri fratri.vbi vero filius erat mortuus, non poteſt in eius poteſtatem recidere,qui nõ eſt.vnde inter nepotes meos me mortuo ius agnationis non eſt.idẽ eſt ſecundum caſum Ir.vt ſi filios habebã,nec expreſſi ex quo adoptarem. nam tunc propter ambiguitatem in nullius recidit poteſtatem.

† ex Gellio videtur legendum vt ei tam Iure legéque nepos ſuus eſſet, quàm ex Luc.&c.

l.vlt.ſ.de ſtatu hom.

Prima diuiſio rerum. Extat in epitoma inſtitutionum Gaij licet multo diuerſius.

m *Puto.* quia iura fraternitatis ſunt inter eos.

O*Nera.*] CASVS. Titius adoptauit Seium. Titius tenetur de oneribus Seij. Viuianus.

n *Onera eius.* vt eum alat & ſuſtentet, & de peculio eius nomine teneatur ex contractibus qui poſtea ſecum fient,non prius:vt.ĩ. de pecu.in adrogatorem.& inſt.de acqui.per adrogationẽ,§.fi.

I*N ſeruitute*] CASVS. Cum ſeruus eſſem, filiũ habui. poſtea fui cum filio meo manumiſſus. potero quidem beneficio principis filium meum in poteſtatẽ meam redigere. libertinus tamen erit iſte filius meus. Viuianus.

o *In ſeruitute mea.* modo manumiſſo vnà cum filio: vel etiam ex interuallo.

p *Beneficio principis.* id eſt per adrogationẽ: ſed non per adoptionem, ſecundũ Ir. & ſic ſoluitur contra.ſ.eo.ſi pater.§.fi. & ſupra de ſta.ho.l.fin. Tu dic,beneficio, id eſt principis priuilegio fieri poſſe:& ſine eo nullo modo poſſe.nam nõ ſolum alienum libertum adoptare,permittere poteſt,vt hîc, ſed etiã ſeruum alienum manumittere,& reſtituere natalibus:vt.ĩ.de na.reſti.l.quæris.

DE DIVISIONE RERVM ET QVALITATE.

Expoſita differentia & qualitate hominũ, modo exponit rerum. Diuiſio differentiã,differentia qualitatẽ oſtendit. Rerũ igitur aliàs eſſe diuini iuris, aliàs humani. Vel aliàs publicas,aliàs communes, aliàs vniuerſitatis, aliàs nullius,aliàs ſingulorum,item aliàs corporales, aliàs incorporales. Cuiac.

q S*Vmma.* quia in tractatu eſt prima, vel nulla eſt compendioſior ea.

ff. Vetus. d iij

UNED

a *Portæ.* ciuitatum.aliàs eſt in textu,aliàs non eſt,ſed magis conuenit vt ſit: ſicut & inſtit.eo.§.ſanctæ quoque. A

b *Quodammodo.* non enim verè ſunt diuini iuris: quia nec religio, nec conſecratio in eis eſt: ſed quia ſancita eſt in eos pœna, qui eas violant: & ideo ſanctæ dicuntur: vt inſti.eo.§.ſanctæ.

humani. Diuini iuris ſunt veluti res ſacræ,& religioſæ:ſanctæ quoque res, veluti muri & portæ [a], quodammodo [b] diuini iuris ſunt. Quod autē diuini iuris eſt,id nullius [c] in bonis eſt. id verò quod humani iuris eſt,plerunque alicuius in bonis eſt: poteſt autem & nullius in bonis eſſe. nam res hereditariæ, antequàm aliquis heres exiſtat, nullius in bonis ſunt. B Hæ autem res quæ humani iuris ſunt: aut publicæ [d] ſunt, aut priuatæ. Quæ publicæ ſunt, nullius [e] in bonis eſſe creduntur: ipſius enim vniuerſitatis eſſe creduntur. Priuatæ autem ſunt, quæ ſingulorum ſunt.

Secunda rerum diuiſio.

Quædam præterea res * corporales ſunt,quædam incorporales. Corporales hæ ſunt,quæ tangi poſſunt [f]: veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. C Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea quæ in iure [g] conſiſtunt, ſicut hereditas, vſuſfructus, obligationes quoquomodo contractæ [h]. Nec ad rem pertinet, quòd in hereditate res corporales continentur. nam & fructus qui ex fundo percipiūtur, corporales ſunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumq; [i] corporale eſt, veluti fundus, homo, pecunia. D Nam [k] ipſum ius ſucceſſionis, & ipſum ius vtēdi fruendi, & ipſum ius obligationis [l] incorporale eſt. Eodem numero ſunt & iura prædiorum vrbanorum, & ruſticorum: quæ etiam ſeruitutes vocantur.

Res multipliciter in nullius bonis dicūtur.

c *Nullius.* ſcilicet priuati hominis ſubaudi, ſed Dei hominum cēſura, ſiue iudicio. Vnde dic, quòd res dicitur in bonis nullius, multis modis: natura, vt feræ beſtiæ.& in his habet locum regula, quod nullius eſt, occupanti conceditur:vt inſtit.eod.§.feræ. Item cenſura,vt res ſacræ,& religioſæ, & ſanctæ:vt hîc, & inſti.eod.§.nullius. & hîc non habet locū regula: imò pœna imponitur ſi quis tetigerit: vt infra ne quid in loco ſacro, per totum. & inſtit.eod.§. ſanctæ. Item facto, vt ſi res pro derelicto habeatur: & hîc habet locum regula:vt inſtit. eo.§.penul. Item tempore,vt in theſauro:vt infra de adquir. re.do. nūquam, §. theſaurus. & hîc habet locum regula, ſcilicet vt dimidia eius quod inuenitur, ſit eius qui inuenit:alia dimidia ſit domini ſoli in quo inuenitur: vt inſtit. eod.§. theſauros. Item caſu, vt hereditas iacens: vt infra proxi. reſpon. & hîc non habet locum regula, cum fingatur ex tēpore mortis fuiſſe heredis, quando poſtea aditur: vt infra de ſtipul.ſer.ſi ex re, §.fin. & de regul.iur. omnis hereditas.

* Inſtit.de rebus corporalib.

d *Aut publicæ.* impropriè. id eſt vniuerſitatis.res enim tantū Romanæ ciuitatis publicę dicuntur:vt infra de verb.ſignifi.l. eum qui vectigal. aliàs publicū dicitur ius diuino oppoſitum: vt. C.de ſacroſanct. eccle.l.fina. in princ. Accurſius.

e *Nullius.* ſcilicet hominis priuati,ſed communitatis: vt ſequitur.& pone exempla vt theatra,& ſtadia, & ſimilia: vt inſtit.eo. §.vniuerſitatis.& ſic no.arg.quod commune eſt, meum non eſt. ſic infra eod.l.intantum,§.j. E

f *Poſſunt.* id eſt aptæ ſunt ſui natura vt tangi poſſint. nam rem quæ eſt in profundo maris, tangere non poſſumus, & tamen eſt corporalis.

g *In iure.* id eſt ſub hoc prædicabili ius, continetur. nam in definitione cuiuſlibet rei incorporalis oportet te aſſumere ius: vt ecce, hereditas eſt ius ſuccedendi, &c. vt infra de regu.iur.l. hereditas.item,vſuſfructus eſt ius vtendi,&c. vt inſtit.de vſufruct. in prin.item, obligatio eſt iuris vinculum,&c. vt inſtit.de oblig. in princ.item, actio eſt ius perſequendi,&c. vt inſtit. de actio.in princ.& ſic de aliis ſimilibus.

h *Obligationes quoquo modo contractæ.* non dicit contractus: quia ipſi magis facti ſunt quàm iuris: vt infra de cura. fu. conſilio,§. quæſitum eſt, verſi.eum quoque,quæ eſt contra.

i *Plerunque.* quia quandoque etiam incorporalis res nobis debetur:vt ſeruitus:vt.ff.famil.erciſ.heredes,§.contra ſi promiſſor.

k *Nam.* pro certè. aliàs pro ſed.

l *Ius obligationis.* intranſitiuè lege, id eſt ius quod eſt obligatio. & ſic de aliis.ſed de quibuſdam dubitatur,ſcilicet de fumo,aëre, & anhelitu hominis. ſed dic corporalia. ſed quid de angelis bonis & malis,& anima? dic incorporalia: licet de his nihil ad nos.

Tertia rerum diuiſio.

II. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

Quædam naturali [m] iure communia ſunt omniū, [n] quædam vniuerſitatis, quædam nullius, pleraque ſingulorum: quæ variis ex cauſis cuique adquiruntur. Et quidem naturali iure [o] omnium communia ſunt illa, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc litora [p] maris.

III. FLORENTINVS *Inſtitutionum libro ſexto.*

Item lapilli, gemmæ, [q] cæteràque quæ in litore inueniuntur, iure naturali noſtra ſtatim fiunt.

IIII. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

Nemo igitur ad litus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen villis [r] & ædificiis & monumentis abſtineatur: quia non ſunt iuriſgentium [ſ] ſicut & mare. idque & diuus Pius piſcatoribus Formianis & Capenatis reſcripſit. Sed flumina penè [t] omnia & portus publica ſunt.

V. CAIVS *libro ſecundo rerum cottidianarum ſiue aureorum.*

Riparum [u] vſus publicus eſt iure gentium,ſicut ipſius fluminis. itaque nauem ad eas appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, & ex mare [x] reducere, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum eſt, ſicuti per ipſum flumen naui-

m *Quædā naturali.* id eſt gētium.

n *Omnium.* ſubaudi,& quædā publica:vt inſt. eod. §.j. nam & de his tractat.ff.eo. nemo, in fi.&.l.ſequē. ADDIT. publica ſub cōmunibus complectitur. Inſtit.e.§.1.

o *Naturali iure.* i. iure gentiū,quod eſt inſtinctu naturæ inductū:vt ſupra de iuſtit. & iu. l. omnes, §. quod verò. ſic exponitur inſti. e.§. j.&.§. ſingulorū. &.§. ferę.&.§.p traditionē.

p *Litora.* communia ſunt quo ad vſum, & dominium: vt hîc. ſed quo ad protectionem ſunt populi Romani: vt infra ne quid in lo. publi.l.litora, quæ eſt contra. ADDITIO. Pro declaratione huius glo. dic quòd mare eſt cōmune quo ad vſum:ſed proprietas eſt nullius:ſicut aër eſt cōmunis vſu: proprietas tamen eſt nullius, ſecundùm Ia. de Ra.ſed iuriſdictio eſt Cæſaris: & ſic iſta tria ſunt diuerſa.ſ. ꝓprietas,vſus, & iuriſdictio,& protectio:ſecundum Bal. Ibid.§.2.&.3.

q *Item lapilli,gemmæ.* gemmę ſunt perlucidæ materiæ:lapilli vero obſcurioris: vt. ff.de aur. & arg.le. & ſi non ſunt, §. peruenimus, verſi. gemmæ. & collige ex hac. l. quòd ea demum dicūtur cōmunia, quæ cum ſint in cōmuni vſu omniū animātium, occupanti conceduntur.Publica autem ſunt communia,vel in communi vſu: ſed non conceduntur occupanti: quod eſt contra Pla.qui dicebat omnia publica eſſe communia: & econtra communia dicebat eſſe publica,ex eo quòd omnibus animātibus permittitur publicè his vti ſicut communibus: vt in lauando,bibendo,& ſimilia faciendo. communia dicebat eſſe publica quo ad quoſdam vſus qui tantum hominibus competunt:vt nauigare,& piſcari. item eſt contra eum inſtit.eo.§.j.vbi ponuntur vt cōtrariæ ſpecies.item quia in publicis nō ſolum permittitur alicui aliquid facere, ſed etiam interdicta prohibitoria apponuntur:vt.ff.ne quid in flu.pu.Illud autem ſatis videtur, quòd aqua fluminis ſit cōmunis: quia conceditur occupanti: & etiam irrationabilibus: ſed ipſe alueus eſt publicus: quia occupanti non conceditur. item nec aquam alicui aliò deriuare licet: vt infra de flumi.l.quo minus. Inſtit.e.§.4.

r *Nemo igitur.Villis.* id eſt ædificiis ab alio ibi poſitis.

ſ *Iuriſgentium.* i.communia iure gentium,ſicut mare.

t *Flumina penè.* penè dicit propter ea quæ ad tempus fluunt, vt Rapo & Meloncellon,quæ ſunt priuata: vt.ff.de flumi.l.j.§.fluminum. alij dicunt propter flumina manufacta, quæ dicuntur eſſe priuata: quod eſt falſum: vt.ff.de flumi.l.j.§.ſi foſſa.Accur.

u *Riparum.* ſ.fluminis.

x *Et ex mare.* i.flumine.vel dic propriè.Reducere,hyſterō proteron

UNED

proteron.i.ordo cõuerſus.ſic inſti.eo.§.littorum.ſed quid ſi vnus vult retia ſiccare,alius incidere arborẽ? Reſpõd.præferendũ eum A qui vult ſiccare:quia publicam vtilitatem prætendit, alius priuatam:vt ar.in authen.de non alie.§.quia verò veriſimile, in fin.ibi, oportet enim ea,coll.ij.alij deferũt occupanti:vt ar.j. de vſuca.l. fin.ſed ſi ſimul veniant, dic vt ſupra. & facit ad legem iſtam infra de flumi.& ne quid,&c. l.j.§. ripa.&.l. pe. & infra de acquiren.re.domi.l.penult.§.fin.& inſtit.eod. §.riparum,in fine.

Vtilitas publica priuatæ præferri debet.

a *IN tantum.Soli*.i.terræ domini conſtituantur,&c. ſed contra inſtit.eo.§. cum in ſuo. & idem infra de acqui. re. domi. adeo, §. cum in ſuo.ſed illud regulare,quòd ædificiũ cedat ſolo:hoc ſpeciale.

† i. fundamẽti & profundi.

b *Iure poſtliminij*. nec poterit pręſcriptionem opponere quaſi longo tempore tenuerit:vt.j. de vſuca. l. fi. niſi nunc poſſideat: vt infra de diuer.& temp.præſcrip.ſi quiſquam.& facit infra de reli.cum loca.

c *Theatra*. à theorein, quod eſt iſpicere:vt eſt arena Veronenſis.

* L.10.§.3.j. de in ius vocando. L.ſeruos.C.de teſtibus.

d *Stadia*. à ſtando,vbi currebant:& præfixum erat vſquequo currerent. & fertur ꝙ Hercules vno anhelitu per octo ſtadia currebat.

e *Reſcripſerunt*. an ergo teſtimonium poſſit ferre vnus de collegio cõtra collegium, vel pro collegio? Reſpond.ſic: quia non eſt prohibitũ, ergo permiſſum: vt infra de teſt.l.j.&.l.ex eo. in gl.ij. & infra de pac. do.inter ſocerum,§. cũ inter.& hic ſubiicit. Accurſius.

f *Veniam*. vt hic, &.j. de in ius vo. ſed ſi hac, §.qui manumittitur. & facit ad hunc.§.j.quod cuiuſque vni.l. ſicut, §. ij.& infra ad Trebel.l. j.§. fuit quæſitum,in fi. &.j.de adqui. re. dom. ſtatuas.& infra de quęſtio.l.j. §. ſeruum. Accurſius.

Vide Gell. lib.4.ca.9.

g *Priuatè*. Not. quid publicè permitti,quod priuatim non permittitur,vt hîc,&.j. de admi.tu.l. nõ exiſtimo. & j.de pol. l.j.in princ. & infra de ri.nup.l.fi.

†Sic Flor.ſic Theoph.& Baſilica. At in Digeſt. & Inſtit. manuſcr. legitur,Ratum non habuerit.

h *Manet*. vt hîc,& inſtitu.e.§.ſacræ. &. j. de contrahen. empt.l.æde. quandoque tamen deſinit:vt ſi capiatur ab hoſtibus:vt infra de reli. l. cum loca.ſed communis locus, vt littus maris,leuiter poteſt fieri priuatus,& in eundem ſtatum redire:vt ſupra ea.l.in princ.

* vide Ant. Auguſt. emen.li.1.c.2.

i *In locum ſuum*.quandoque etiam in non ſuum:vt infra de relig. l.ſcriptus,in prin.

k *Inuitis cæteris*. non ergo eſt potior conditio prohibentis . ſic inſti.eo.§.in commune.Sed ar.contra.j.communi diui.Sabinus.

gare. ſed proprietas illorum eſt, quorum prædiis hærent : qua de cauſa arbores quoque in his natæ eorundem ſunt. In mare piſcantibus liberum eſt caſam in littore ponere, qua ſe recipiant.

VI. MARCIANVS *libro tertio Inſtitutionum.*

INtantum, vt & †ſoli [a] domini B conſtituantur, qui ibi ædificãt, ſed quamdiu ædificium manet: alioquin ædificio dilapſo quaſi iure poſtliminij [b] reuertitur locus in priſtinam cauſam : & ſi alius in eodem loco ędificauerit, eius fiet.

De rebus vniuerſitatis.

Vniuerſitatis ſunt, non ſingulorũ, veluti quæ in ciuitatibus ſunt theatra, [c] & ſtadia, [d] & ſimilia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum. * Ideoque nec ſeruus communis ciuitatis, ſingulorum pro C parte intellegitur, ſed vniuerſitatis : & ideo tam contra ciuem, quàm pro eo poſſe ſeruum ciuitatis torqueri diui fratres reſcripſerunt. [e] Ideo & libertus ciuitatis non habet neceſſe veniam [f] edicti petere, ſi vocet in ius aliquem ex ciuibus.

De rebus nullius ſacris.

Sacræ res, & religioſę, & ſanctę, in nullius bonis ſunt. Sacrę autem res ſunt hæ, quæ publicè cõſecratæ ſunt, non priuatè. [g] Si quis er- D go priuatim ſibi ſacrum conſtituerit: ſacrum non eſt, ſed prophanum. Semel autem æde ſacra facta, etiam diruto ædificio locus ſacer manet. [h]

De rebus nullius, religioſis.

Religioſum autem locum vnuſquiſque ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locũ ſuum. [i] In commune autem ſepulchrum etiam inuitis cæteris [k] licet inferre. Sed & in alienum locum con- E cedente domino licet inferre: & licet poſtea †ratum *habuerit [l] quàm illatus eſt mortuus, religioſus locus fit. [m] Cenotaphium [n] quoque magis placet locum eſſe religioſum : ſicut teſtis in ea re eſt Vergilius. [o]

VII. VLPIANVS *libro vicenſimoquinto ad Edictum.*

SEd diui fratres contra reſcripſerunt.

De rebus nullius ſanctis.

VIII. MARCIANVS *libro quarto Regularum.*

SAnctum [p] eſt quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt. Sanctum autem dictũ eſt à ſagminibus. [q] Sunt autem ſagmina quædam herbæ [r] quas legati populi Romani ferre ſolẽt, ne quis eos violaret: [ſ] ſicut legati Græcorum ferunt ea quæ vocantur cerycia. * In municipiis† quoque muros eſſe ſanctos, Sabinum recte reſpondiſſe Caſſius refert: prohiberíque oportere ne C quid in his immitteretur. [t]

Iterum de ſacro, &c.

IX. VLPIANVS *libro ſexagenſimooctauo ad Edictum.*

SAcra loca ea ſunt, quæ publicè [u] ſunt dedicata, ſiue in ciuitate ſint, ſiue in agro. [x] Sciendum eſt, locum publicum tunc ſacrum fieri poſſe, cum princeps eum dedicauit, [y] vel dedicandi [z] dedit poteſtatem. Illud notandum eſt, aliud eſſe ſacrum locum, aliud ſacrarium. Sacer locus eſt locus conſecra- D tus. Sacrarium eſt locus in quo ſacra reponuntur : quod etiam in ædificio priuato eſſe poteſt. Et ſolent qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare. * Propriè [a] dicimus ſancta, quæ neque ſacra, neque prophana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata : vt leges ſanctæ ſunt. ſanctione enim quadam ſunt ſubnixæ. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi Deo non ſit E conſecratum. Et interdum in ſanctionibus adiicitur, vt qui ibi aliquid commiſit, capite puniatur. Muros [b] autem municipales nec reficere [c] licet [d] ſine principis vel præſidis auctoritate,

& facit infra de vſufruct.l.arboribus,§.nauis. ADDITIO. Pro A ſolutione huius contrarij vide Dy. in regula, in re communi, de regul.iur.lib.vj.

l *Habuerit*.vulg.non habuerit,id pœnituerit.

m *Religioſus fit*. id eſt manet:quia ſemel conceſſiſſe ſufficit:vt hîc &.j.de aqua plu.arcen. l.in diem.

n *Cenotaphium*. locus vel res parata ad ſepeliendũ: nõ tamẽ fuit ibi aliquis miſſus adhuc.

Cenotaphiũ quid ſit.

ADDI. Imò verò cenotaphium imaginariũ ſepulchrũ eſt, quale deſcribitur Vergilio li.Æneidos.iij.Solẽnes tum fortè dapes,&c.Hectoreum ad tumulum,&c. eundẽ etiam locũ Virgilij hîc notant Græci interpretes.Cont.

Repetitur. l.

o *Vergilius*. ſed falſus teſtis eſt:vt.j.l.proxi.& de relig. l. is qui . & eſt hic argu.quòd auctoritates poëtarum ſunt in cauſis allegandæ : vt. s. de ſta.hom.ſeptimo. & de ſolu.ſi pater, ſed.j.l. proxi. eſt argu. contra, quòd ſint reprobandę.

* Cerycia Græcis dicuntur, quæ Latinis caducei.Budæus ſeu vt alij volunt verbenæ.

p *SAnctum*. vt muri & portæ ciuitatis: vt inſti.eo. §. ſanctæ.&.j.ꝓxi.l.§.penul. & antepenult.

† nõ ſolum Romæ.

q *Sagminibus*. imò à ſanctione : vt inſtit.e.§. ſanctæ.&.j.e.l. prox.in §.propriè.

r *Herbæ*.fortè ſatureiæ.

ſ *Violaret*. vnde etiam ſancti dicuntur:vt infra de legationibus. l. fi. in princ.

t *Committeretur*. ſcilicet ſine licentia principum: vt hîc, & infra ne quid in loco ſacro . l. penult.& fi.&.l. proxi. §.fi.

* Sacrorum euocatio quid ſit, & qualiter olim fieri ſit ſolita, Macro.libr.3. Satur.ca.8. pulchrè declarat : ſimiliter & ex Liuio facile eſt videre lib.5.ab vrbe condita.

u *SAcra*. aliàs non eſt lex.*Publicè*.cũ auctoritate imperatorũ:vt infra vt in poſſeſ. lega.l.vltima.

x *In agro*.i.in villa.

y *Dedicauit*. propriè poteſt poni, quia olim imperatores ſacerdotes erant. vnde Dauid ait de ſeipſo, In ſacerdotibus eius : & Samuel inter eos qui inuocant nomẽ eius. vel dic, ipſe dedicauit, id eſt ꝓprio motu & ſua ſponte voluit aliquam rem à pontificibus dedicari.

z *Vel dedicandi,&c*. id eſt cum aliquis impetrauit vt liceret ſibi facere aliquam rem dedicari, & ipſe ei permiſit.

a *Proprie*.in ſanctionibus:vt infra de pœ. per totum ti.fere, & in aliis pluribus in quibus pœna imponitur. vel dic, vt Irn. vt ſi circa leges id facias quo minus ſit lex, vel aliquid pro lege falſum ſubrogetur:vt.j.ad leg.Cor.de fal.l.j.

b *Muros autem municipales*. i.ciuitatũ.ſic ponitur.j.ad munic.l.j.

c *Nec reficere*. quaſi dicat nedum facere.

d *Licet*. alicui priuato: ſed ipſi vniuerſitati licet: vt Cod.de ope.

UNED

pub.l.omnes. ij.&.l.intra.

a *Res ſacra non recipit*. imò quandoque ex cauſa ſpeciali: vt.C. de ſacroſan.eccle. l.ſancimus,in fi.& in authen.præterea.

A *Riſto*.] CASVS. Hic dicit ꝗ ſicut quãdo quis ædificat in mari,efficitur ędificium priuatũ:ita ſi mare aliquid occupet,fit commune & publicũ id quod occupatur.Viuianus.

b *Ita*. ſimilitudo per cõtrariũ.Ioan. vt ibi,& Lazarus ſimiliter mala.

† Concor. c. 2. cũ glo. 1. extra de reli.& vene. ſan.

c *Occupatum*. nõ inundatione tẽporali: vt inſtitut.eo.§.alia.

d *Publicum*.i.cõmune.

S *I quis violauerit*.] CASVS. Duo fuerunt fratres,qui Ro.ciuitatẽ fecerunt.& cũ eſſet cõtẽtio cuius nomine vocaretur,an Rema à Remo,vel Roma à Romulo: ſorte obtinuit Romulus, & dominus remanſit. Et poſtea fratrẽ ſuum fecit occidi: quia cõtra ſuũ fecerat interdictũ, cum præceperat vt nemo muros tranſcenderet.Viuia.

* Tranſcendet in ipſo archetypo Fl. vt ait Taurell.in adnotat.

nec aliquid eis coniungere,vel ſuperponere. Res ſacra non recipit [a] æſtimationem. †

x. POMPONIVS *libro ſexto ex Plautio*.

A Riſto ait,ſicut id qđ in mare ædificatum ſit, fieret priuatum:ita [b] quod mari occupatum [c] ſit,fieri publicum. [d]

Iterum de muris cur ſancti.

xi. IDEM *libro ſecundo ex variis lectionibus*.

S I quis violauerit muros,capite punitur: ſicuti ſi quis* tranſcẽdet ſcalis admotis, [e] vel alia qualibet ratione. nã ciues Romanos aliàquàm per portas egredi nõ licet:cum illud hoſtile & abominãdum ſit. nã & Romuli frater Remus [f] occiſus traditur ob id, ꝗ murum tranſcẽdere voluerit. [g] †

† & aggreſſus ſit, addũt græci rectè, Contius.

e *Admotis*.id eſt appoſitis.Accurſius.

f *Remus*. duo fuerunt fratres qui Romam fecerunt.& cum eſſet cõtẽtio cuius nomine vocaretur,an Rema à Remo,vel Roma à Romulo: ſorte obtinuit Romulus, & dominus remanſit: qui poſtea fratrem ſuum occidi fecit, quia contra ſuũ fecerat interdictũ tranſcendẽdo muros. vnde Lucan⁹: Fraterno primi maduerũt ſanguine muri. & eſt argu. ꝗ iudex ita proximũ puniat & magnum,ſicut extraneum & paruum.Argu. cõtra infra de recept. l. j. &. j̃. de incen.rui. nau. Pedius.& omnino in glo.conditione.dic vt ibi.Ir. ADDITIO. Solue ſecundum Bar. ſic quòd tempore punitionis iſtius non erant iſtæ leges, quia habuimus poſt leges. xij. tabu. quæ fuerunt poſt mortem Romuli & reges expulſos:vt ſupra de origi.iur.l.ij.§. exactis. & ſic poteſt reſponderi ad omnia præcedentia.

* Vide Marium Salomoniũ hic Gell.lib. 4.c. 10. Caſsiod. in form. patriciat.

† quâ leg. Ant.Auguſt. lib.2.c.2.

DE SENATORIBVS. TITVLVS IX.

Vir in dignitate poſit⁹,pręfertur in dignitate vxori:& dignitas non trãſit de inferioribus ad ſuperiores.Bartolus.

I. VLPIANVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum*.

C Onſulari * fœminæ [h] vtique conſularem virũ præferendum [i] nemo ambigit. ſed vir præfectorius an conſulari fœminæ præferatur, videndum. putẽ præferri: quia † maior dignitas eſt in ſexu virili. [k] Conſulares autẽ fœminas dicimus conſularium [l] vxores. Adiicit [m] Saturninus etiam matres: [n] quod nec vſquam relatum [o] eſt, nec vnquam receptũ.

g *Voluerit*.ergo pro ſolo conamine punitus eſt.nam nõ legimus ꝗ tranſcenderit.& ſic eſt contra.j̃.de pœn.l.cogitationis. ſed dic ꝗ peruenit ad aliquem actum.vel expone voluerit, i. voluntariè tranſcenderit.ſic.j̃.ſi cer.peta.l.quòd ſi ab initio.&.l.fin.j.reſp.& C.ſi.regun.ſi conſtiterit.& infra de lega.ij.l.j.

DE SENATORIBVS.

Cõtinuatio. *Quia de ſtatu hominũ,& diuiſione rerũ vidimus,ſequitur de actionibus & iudiciis.quæ quia per officiales explicãtur:vt ſupra de orig.iur.l.2.§.poſt originem. ideo de officiis dicit,primò præmittendo de ſenatoribus , vt de dignioribus,qui erant centũ numero:vt C.de peti.here.l.fin.in princ. Accur.*

Homines de rebus ſuis diſceptant in ſenatu vel apud magiſtratus & Iudices.Congruenter ergo poſt hominum rerúmque diuiſionẽ,& Iudicũ diuiſio multiplex ſequentibus titulis exponitur. Senatores erant in vrbe primũ,non vt poſtea,quicunque ſententiam in Senatu dicebant,ſed qui à Cenſoribus in Senatum lecti erant conſilij publici cauſa. Cuia.

C *Onſulari*.] CASVS. Vir conſularis præfertur fœminę conſulari.Item vir præfectorius fœminæ cõſulari pręfertur.de his pone exemplum,quia ſi inſtituo filium& filiam conſules:tabulæ teſtamenti deponẽdæ ſunt penes virum,non apud fœminam:vt infra de fid.inſtru.l.fi.Item dixit quæ ſit fœmina conſularis.Item dicit quòd matres conſulum non ſunt conſulares.Viuia.

h *Conſulari fœminæ*. quæ ſit hæc,habet.j̃.ea.l.in fine.

A i *Præferendum*. priuilegio ſexus: vt ſupra de ſtatu hominũ.l. in multis,prodeſt autẽ hæc pręlatio cũ tractatur de bonis debitoris vendendis:vel parte debiti remittenda:vt.j̃.de pact.l.ſi plures,§. fina.&.l.maiorem.vel de dilatione danda:vel ceſſione bonorum accipienda:vel certa portione accipiẽda:vt C. qui bo.cede. poſſ. l.fin.item in tutore qui pręfertur inadminiſtrãdo: vt inſtit. de ſatiſda. tuto.§. qđ ſi nemo. vel in depoſitione tabularũ: vt. j̃. de fide inſtrumen.l.fina.vel decreto: vt infra ad municip. l. quod maior. hoc vltimum nõ placet.Accur.

k *Virili*. hic not. vt ſupra de ſtat.homi.l. in multis.

l *Conſularium*. ſubaudi etiam, non ſolùm cõſulum.Accur.

m *Adiicit*. & male.

n *Matres*.ſcilicet conſularium,non dico conſulum.Accur.

o *Relatum*. ſcilicet ab alio quàm à Saturnino. & ſic no. hic ꝗ in generali ſermone quædam excipiuntur. ſic & Cod.de ſolut.l.inquiſitio veritatis.argument. contra infra de pigno. Paulus, §. fina. [a] Item not. hîc quòd dignitas inferiorum non tranſit ad ſuperiores, ſed contra.C. de proxi. ſa.ſcri. l.in ſacris, in principio. lib. xij. & C. de meta. l.fin.in princip. in gloſ. ij. lib. xij. Solu. ſpeciale eſt in illis priuilegiis quæ ibi dicuntur: hîc autem regulariter. ſic & ſpeciale eſt in ludis in quibus ſe immiſcet mater volente filio conſule vnà cum eo: vt in authent. de conſuli. §. hæc itaque, ver. ſi verò non compellatur, collatione.iiij.

a] Tu dic quòd perſona loquentis continetur,vt in d. l. Paulus. niſi alia cauſa impediat: vt in.l. inquiſitio. prealle. in glo. ſecũdum Bart.

† Ad hunc locum vide Ant.Aug. in cap.14. De excuſationibus ad Modeſtinũ & Alcia. lib. diſpun.3. cap.4.

Remotus à ſenatu tanquam infamis,nõ poteſt eſſe iudex,nec teſtimonium perhibere.

II. MARCELLVS *libro tertio Digeſtorum*.

B C Aſſius Longinus nõ putat ei permittendum, qui propter turpitudinẽ [p] ſenatu motus, nec reſtitutus eſt, [q] iudicare,vel teſtimonium dicere:quia lex Iulia repetundarum hoc fieri vetat.

Remotus à ſenatu non propter infamiam, retinet dignitatem. & filius ſenatoris appellatur non ſolũ naturalis & legitimus, ſed etiã legitimus tantùm. & filius à ſenatore adoptatus & poſtea emancipatus,per emãcipationem dignitatem perdit: & per adoptionem dignitas non minuitur.hoc dicit cum.l.ſenatoris.1.&.2.

C III. MODESTINVS *libro ſexto Regularum*.

S Enatorem remotum ſenatu, capite non minui, ſed Romæ morari [r] diuus Seuerus & Antoninus permiſerunt.

Qui indignus eſt minori ordine,multo magis indignus eſt maiori.Bartolus.

IIII. POMPONIVS *libro duodecimo ex variis lectionibus*.

D Q Vi † indignus [ſ] eſt inferiore ordine, indignior eſt ſuperiore.

C *Aſſius*.] CASVS. Titius turpiter fuit à ſenatu remotus. Dicitur quòd non poterit amodo iudicare, nec dicere teſtimonium.Viuianus.

p *Turpitudinem*. aliquam quam in officio commiſit: vt in fin. huius.l.& infra ad legem Iuliam repe.l. eadem, §. j. & not. quòd ſiue ei irrogetur infamia iuris,ſiue facti tantum,locũ habet quod hic dicit:vt infra de iudi.l.cum prætor,§. non autem. & C. de dignit.l.ij.&.l.iudices. lib. xij.Item not.argu.quòd qui ſemel malè fecit,præſumitur aliàs malè facturus: vt hîc, & infra de accu.l.ſi cui,§.j.

q *Nec reſtitutus eſt*. ſcilicet per principem:vt C.de ſen. paſ.l.j. & j̃.de poſtul.l.j.§.eum qui.ver.de qua.

E r S *Enatorem.Maiori*. hoc verum ſi ex ea cauſa remotus eſt quæ infamiam non importat.aliàs nõ poteſt Romæ morari: vt infra de excu.tuto.l.ſed & milites,§.qui nimirum.& facit inſti.de capit.demi.§.quibus. ADDIT. Dicendũ eſt ſecus eſſe in milite.

ſ Q *Vi indignus*.ſunt enim multi ordines:alij maiores, alij minores.Eſt enim maior ſuperilluſtris. ſecũdus illuſtris. tertius ſpectabilis.quartus deſcẽſiuè eſt clariſſimus. qui ergo indignus eſt eſſe de ſpectabilib⁹,multo magis indignior erit eſſe de ſuperioribus:vt hic,& infra de inter.& rele.l.relegatorũ.§.poteſt &.§.fin.& infra de ſer.expor.l. cui pacto. Sed opponitur: Imperator indignus eſt quòd ſit præſes: ergo indignior imperio? Reſpond.minores ordines ſunt indigni eo:non ipſe eis. vel ſecundũ Io.licet non ſit dignus: non tamen eſt indignus. & facit infra de vul.ſubſtitu.ex facto,§.finali.

S *Enatoris*.] CASVS. Quis ſit ſenatoris filius , hac lege dicit. nam ſenatoris filius eſt, non tantùm naturalis & legitimus

UNED

& legitimus: ſed & ſi aliquẽ adoptauit ſenator: & nihil intereſt an habeat filium ipſo ſenatore exiſtente: vel ante ſenatoriam dignitatem. Viuianus.

a *Qui naturalis eſt*. ſcilicet & legitimus.

b *Adoptiuum*. ſed cum hodie in eius poteſtatem non tranſeat, niſi ſit auus paternus, vel maternus, an eadẽ dignitate fruetur? Rñ. ſic, ſec. Azo. ſicut & ab inteſt. ſuccedit: vt C. de adoptio. l. cũ in adoptionis, §. pen.

c *A quo*. ſpectabili. ſ. vel illuſtri, vel clariſſimo. ego cõtra. nam ab illuſtribus tantum, vel ſuperilluſtribus debet adoptari, vt dicatur filius ſenatoris: vt. j̃. eo. liberos. &. l. vlti. in fin. dices ergo, à quo, ſcilicet patricio, vel conſule, vel quolibet illuſtri, vel ſuperilluſtri: qui omnes ſenatores dicũt: vt in. l. vlt. in fi. Azo.

d *Vel qualiter*. i. coram principe, vel præſide: cũ his duobus modis fiat: vt inſti. de adop. §. ij. &. s̃. de adop. l. ij. Ac.

e *Nec intereſt*. Quia vtrobique ſunt filij clariſſimi. intereſt tamen: quia poſt dignitatem ſuſcepti ſunt illuſtres, & non primi: vt C. de dignit. ſi ſenator, quæ eſt contra, lib. xij.

S*Enatoris*.] CASVS. Hęc lex addit ſuperiori. dicit enim quòd ſi ſenator adoptet aliquem, is videtur filius ſenatoris. ſed ſi emancipetur, deſinit filius eſſe. ſi ſenator filiũ ſuũ in adoptionem det alij inferioris gradus, manet filius ſenatoris. Viuianus.

f *Senatoris*. Repetit ſenſum ſuperioris. l. in principio, vt addat, ibi, quamdiu, &c.

g *Amittit*. ſecus in naturali: vt infra. l. proxi. in princip.

h *Non amittitur*. vt hîc &. s̃. de adop. l. per adoptionem. item nec cognatio: vt. j̃. vnde cognati. l. j. §. cognationem. nec origo: vt. j̃. ad municip. l. ordine. §. fi. & facit. j̃. de bo. liber. ſi filius qui patri. in fin. j. reſpon. Argu. contra ſupra de adopt. l. in omni.

E*Mancipatum*.] CASVS. Filius naturalis ſenatoris eram. ſi emãcipet me, vel poſt mortẽ patris mei ſenatoris natus ſum: filius ſenatoris ero. ſi patre meo moto à ſenatu conceptus fuero & natus, non ero filius ſenatoris. Si autem conceptus fui antequam pater meus mouebatur à ſenatu, & poſt natus ſum: filius ſenatoris ero. Item dicit: ſi habeo auum & patrem ſenatores, ero filius & nepos ſenatoris: & ſi pater meus amittat ſenatum, ero nihilominus nepos ſenatoris. Viuia.

a] Tu dic quòd filius legitimus & naturalis ꝑpter emãcipationẽ non amittit: vt hîc, ſecus in legitimo tãtum: vt ibi in cõtrario, ſecun. Bar.

i *Emancipatum à patre*. ſcilicet naturali. Ioan. aliàs contra. s̃. l. proxi. in princip. [a] Sed quid ſi poſt emancipationem pater ſenator efficiatur, an ſit ſenatoris filius? Poteſt dici ſecũdum Ioan. quòd ſic, arg. in ſecundo reſpon. huius legis.

k *Antequam iſte naſceretur*. & conciperetur. Ioan. & probatur ex proxi. §. Accur.

Conceptionis tempus quandoque inſpicitur.

l *Tempus conceptionis*. Not. in hoc inſpici tempus conceptionis. ſic. C. de ſuis & legitimis. l. ex libera, in gloſſa fi. & de nuptiis. l. imperialis, §. his illud. & inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, §. finali, argu. contra. C. de naturalibus liberis. l. pe. in fi. ſed ibi ſpeciale eſt fauore liberorum: vt ibidem dicitur.

V. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

1 SEnatoris filium accipere debemus non tantùm eum qui naturalis eſt, [a] verum adoptiuũ [b] quoque. neque intererit à quo [c] vel qualiter [d] adoptatus fuerit. nec intereſt, [e] iam in ſenatoria dignitate conſtitutus eum ſuſceperit, an ante dignitatẽ ſenatoriã. B

VI. PAVLVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

2 SEnatoris [f] filius eſt & is, quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen in familia eius manet. emancipatus verò nomen filij emãcipatione amittit. [g]

A ſenatore in adoptionem filius datus ei qui inferioris dignitatis eſt, quaſi ſenatoris filius videtur: quia non amittitur [h] ſenatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis: non magis quàm vt conſularis deſinat eſſe. C

Filius legitimus & naturalis emancipatus à patre, nihilo minus filius ſenatoris dicitur: & conceptus ante remotionem patris à ſenatu, licet poſt remotionem natus, ſenatoris filius dicitur. h. d. vſque ad. §. ſi quis.

VII. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

EMancipatum à patre [i] ſenatore, quaſi ſenatoris filiũ haberi placet. item Labeo ſcribit etiam eum qui poſt mortem patris ſenatoris natus ſit, quaſi ſenatoris filiũ eſſe. Sed cũ qui poſtea quàm pater eius de ſenatu motus eſt, concipitur & naſcitur, Proculus & Pegaſus opinantur non eſſe quaſi ſenatoris filium. quorum ſententia vera eſt. nec enim propriè ſenatoris filius dicetur is, cuius pater ſenatu motus eſt antequam iſte naſceretur. [k]

Macula patris non nocet filio quo minus ipſe filius vti poſſit priuilegio & dignitate ex perſona aui. h. d. vſque ad fin. Barto.

Si quis conceptus quidẽ ſit antequam pater eius ſenatu moueatur, natus autem poſt patris amiſſam dignitatem: magis eſt vt quaſi ſenatoris filius intellegatur. tẽpus enim conceptionis [l] ſpectãdum pleriſque placuit. Si quis & patrẽ & auum habuerit ſenatorẽ: & quaſi filius, & quaſi nepos ſenatoris intellegitur. [m] Sed ſi pater amiſerit dignitatem ante conceptionem huius, quæri poterit, an quamuis quaſi ſenatoris filius nõ intellegatur, quaſi nepos tamẽ intellegi debeat. Et magis eſt vt debeat: vt aui potius ei dignitas proſit, quàm obſit caſus patris. [n]

Vxores coruſcant radiis maritorum, & eorum dignitate & priuilegio gaudent etiam poſt mortem ipſorum, donec nubãt alij inferioris gradus: quo caſu dignitatem amittunt. h. d. vſque ad fin.

VIII. IDEM *libro ſexto Fideicommiſſorum.*

FOeminæ nuptæ clariſſimis [o] perſonis, clariſſimarum perſonarum appellatione continentur. Clariſſimarum fœminarũ nomine, ſenatorum filiæ, niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habẽtur. [p] Fœminis [q] enim dignitatem clariſſimã mariti tribuũt: [r] parentes [ſ] verò, donec [t] plebeij nuptiis fuerint copulatæ. Tamdiu igitur clariſſima fœmina erit, [u] quamdiu ſenatori nupta eſt, vel

m *Intelligitur*. quod prodeſt ei: quia vno amiſſo retinetur aliud: vt. j̃. proxi. reſpon.

n *Patris*. electiuè, quaſi non obſit caſus patris. & ſic eſt contra C. de quæſtioni. l. diuo Marco. ſol. hîc quo ad honores, quos non amittit: nõ vt euitet tormenta quæ ſuſtinent plebeij, vt ibi, ſecundũ quoſdam. Alij dicunt quòd hîc fuit remotus ex cauſa quæ infamiã non importat, vt ob inualitudinem. ibi ex ea quæ importat. alij dicũt quòd hîc nepos erat in poteſtate aui: ibi non. Tu dic, aut ante remotionem patris erat ſaltem conceptus, & tunc caſus patris nõ nocet in aliquo: vt ſupra prox. §. ſi verò poſt caſum, ex perſona aui retinet, vt hîc: non patris ſui, vt ibi. Item no. hîc argum. pro feudo, quòd licet filius per culpam ſuam debeat amittere feudum, nepos tamen retinet ex perſona aui ſui. ſic. j̃. de interdi. & rele. l. iij. &. j̃. de iure patro. diui fratres. & dixi. j̃. de in ius vocan. l. adoptiuũ, §. fi. Accur.

Patris caſus an noceat filio.

F*Oeminæ*.] CASVS. Si qua plebeia nubat clariſſimo, clariſſima erit fœmina. ſi filia ſena. nubat non clariſſimo ſed plebeio, non erit clariſſima. & de his in litera rationem reddit. Vltimò dicit quòd hæc vera ſunt, quòd vxor eſt clariſſima quę nubit clariſſimo, ſi nupta manet: vel ſi diſſoluto matrimonio alij non nubat inferioris dignitatis vel gradus.

o *Clariſsimis*. largè accipe clariſſimis, id eſt nobilibus. & eſt ratio hui⁹ dicti, quia fœminæ coruſcãt radiis maritorum: vt in authen. de cõſuli. §. hoc itaque, verſi. decet enim, collatio. iiij. Accur.

Fœminę coruſcãt radiis maritorum.

p *Non habentur*. id eſt ſi ſunt ſortitæ non clariſſimum, ſed plebeium, non ſunt clariſſimæ. & ſic ponitur niſi, pro ſi non. ſic. C. ſi manci. ita fue. alie. l. ij. in fine.

E q *Fœminis*. refert ſe ad primum. Accur.

r *Tribuunt*. quoad nubant homini inferioris dignitatis: vt C. de digni. l. j. libro vndecimo. & infra eodem. l. fi. j. reſpon. & in fine huius legis. Accur.

ſ *Parentes*. refert ſe ad ſecundum. Accur.

t *Donec*. id eſt vſquequo copulentur nuptiis plebeiorum. & ſic no. cautè differentiam patris & mariti. maritus enim ſuæ vxori dignitatẽ non præſtat, ſi alij nupſerit poſtea qui ſit inferioris dignitatis. pater verò præſtat, etſi is cui nupſit filia, ſit inferioris dignitatis, dum tamen non ſit plebeius.

u *Clariſsima fœmina erit*. ſcilicet gratia mariti. Accur.

F*Iliam*.] CASVS. Si ſenatoris filia liberto nubat, non valet matrimonium. ſed pone quòd filia ſenatoris nupſit liberto. poſt pater remotus eſt à ſenatu: nũquid remanet vel erit modo vxor, quæritur. Dicitur quòd non, quia quęſita dignitas propter caſum patris non aufertur filiis.

UNED

a *Nuptias*.ſcilicet de facto.nam de iure non tenet:vt hîc, & infra de rit.nup.l.generali,§.fin.&.l.oratione,in princip.ſed hodie tenet, dummodo dotalia inſtrumenta ſint iure confecta: vt in authen.vt liberti decætero,§.ſi quis,coll.vj.

Pars.l.34.ĵ. de ritu nupt.

b *Patris caſus*. qui aliquo caſu fuit remotus à ſenatu. vnde videbatur valere, quia peruenit ad eum caſum à quo incipere poteſt matrimonium, ſi ſemper in eodẽ ſtatu fuiſſet,id eſt non habuiſſet patrem ſenatorem.

c *Facit*.ſed contra.ſ̃.l. prox. vbi amittit dignitatẽ, ſi nubat plebeio. Solu. hîc non valuit matrimonium.

d *Non eſt*. neque enim pater portabit iniquitatem filij,neque filius patris,vt.ĵ.de pœ.l.crimen.&.ſ̃.eo.emãcipatũ,§.fin. &.ĵ. de in ius vocan.adoptiuũ,§.fin.

Pater non portabit iniquitatem filij.

L*Iberos*.] CASVS. Qui dicuntur filij ſenatoris, dicitur in.l. iſta: quia nõ ſolum filius ſenatoris dicitur qui natus eſt ex ipſo ſenatore:ſed etiam qui nati ſunt ex filiis eius, ſiue naturales & legitimi, ſiue adoptiui, dicuntur filij ſenatoris. Sed pone quod aliquis natus eſt ex filia ſenatoris: quid erit tunc? nunquid dicetur filius ſenatoris? Reſpond.ꝙ origo patris ſpectanda eſt: vt ſi pater eſt ſenator,erit etiam filius ſenatoris.

† Græciſm⁹ ſubau. etiam Ant.Aug.lib. 2.cap.1.

e *Ex liberis*. vſque ad infinitum: vt.ĵ.de ver. ſigni.l.liberorũ. priuilegia tamen vſq; ad ꝓnepotes tãtùm extenduntur: vt C. de quæſtionib.diuo. ſed veteranorum,ad primũ: vt C.de pœ.l.honor.

f *Naturales*. & legitimi.Accur.

g *Conditionem*. quo ad honores & dignitatẽ: vt.ſ̃. de ſtatu homin.l. cum legitimæ, nõ quo ad ſtatum: vt C.de rei vin.l.partum.

clariſſimo:aut ſeparata ab eo, alij inferioris dignitatis non nupſit.

Sicut caſus patris nõ nocet filio, ita nec debet prodeſſe:nec illicitè facta ſumunt vigorem.Barto.

IX. PAPINIANVS *libro quarto Reſponſorum.*

FIliam ſenatoris nuptias [a] liberti ſecutã, patris caſus [b] nõ facit [c] vxorẽ.nam quæſita dignitas liberis,ꝓpter caſum patris remoti à ſenatu auferẽda nõ eſt. [d]

Appellatione liberorũ continẽtur omnes deſcendẽtes per lineã maſculinam: ſiue ſint naturales & legitimi, ſiue legitimi tantũ. Bald.

X. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

LIberos ſenatorũ accipere debemus non tantũ ſenatorũ filios, verum omnes †qui geniti ex ipſis,exve liberis [e] eorũ dicãtur: ſiue naturales, [f] ſiue adoptiui ſint liberi ſenatorũ, ex quibus nati dicũtur. Sed ſi ex filia ſenatoris natus ſit:ſpectare debemus patris eius conditionem. [g]

Dignitas ſenatoria non mutat proprium domicilium. Barto.

XI. PAVLVS *libro quadragenſimo primo ad Edictum.*

SEnatores licet in vrbe domicilium habere videãtur, tamẽ & ibi vnde oriundi ſunt, habere domicilium intelleguntur: [h] quia dignitas,domicilij adiectionem [i] potius dediſſe quàm permutaſſe videtur.

Priuilegium poteſt princeps facere,vt conſularis fœmina nupta plebeio conſularẽ retineat dignitatem.

XII. VLPIANVS *libro ſecundo de Cenſibus.*

NVptæ prius conſulari viro, impetrare ſolent à principe (quãuis perrarò) vt nuptæ iterum minoris dignitatis viro,nihilo minus in cõſulari maneãt dignitate: vt ſcio Antoninũ Auguſtum Iuliæ Mammeæ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. Senatores autẽ accipiendũ eſt eos qui à patriciis [k] & conſulibus *vſque [l] ad omnes illuſtres viros deſcendũt: quia & hi ſoli in ſenatu ſentẽtiã [m] dicere poſsũt. †

h S*Enatores.Intelliguntur*.quantum ad honores, non quantũ ad onera:vt.ĵ.ad munici.l.municeps eſſe deſinit.

i *Adiectionem*.non transfertur,ſed adiicitur. ſic.ĵ. de condi. & demon.l.falſa,§.j. &.ĵ.de exer.l.ſi eum,§.j. ibi, hoc enim edicto, &c.ſi ergo duobus locis habet domicilium:quod eſſe poteſt: vt ĵ.ad mu.l.aſſumptio,§.iuris prudentibus.An autẽ poſſit mutari. quæritur.Diſtingue ſecundum Io.vtrum ex origine: & tunc nõ poſſit.an ex conſtitutione:& tũc poſſit:vt.ff.ad mu.l. domiciliũ.

N*Vptæ*.] CASVS. Si qua nupta fuerit clariſſimo, & poſtea nubat plebeio: impetrabit vt maneat clariſſima: ſed rarò. Vltimò dicit qui ſint ſenatores.

k *A patriciis*.* quaſi dicat, intelligẽdum eſt eos eſſe ſenatores, qui à pa.&c.

l *Vſque*. incluſiuè ponitur: inter omnes tamen non erant vltra centum:vt C.de pet.here.l.ſi.vel largius hîc accipit ſenatores.[a]

m *Sententiam*.ſcilicet recitando.

* Patricij teſte Budæo, dicebantur nobiles Romani, qui à primis ſenatoribus oriũdi erãt.Auctore verò Suida patricius dicebatur pater communis reipublicæ. a] Craſſiſſimo errore hæc gloſſa cõfundit cẽtumuiros, quorum ſit mẽtio in illa l. vlt. C. de pet.her.cum Senatoribus quorum hîc definitio ſit. qui ſanè pl⁹ quàm trecẽti fuerunt, & interdũ nõgenti. potuit autem & debuit gloſſographus diſcrimẽ illud cognoſcere vel ex ſola l. 2.ſ̃. de orig. iur.Cont.

* Bud.conſularibus legendum putat.

† Sublata eſt ergo vetus illa differentia inter Senatores & qui in Senatu ſentẽtiam dicere poſſunt, quam docet Gell. lib.3.c.18.

DE OFFICIO CONSVLIS.

Et conſul eſt illuſtris:vt in auth.de appel.& intra quæ tempo.§. illo videlicet obſeruando,collatio.quarta. Officium conſulis eſt vocare Senatum,Reipubli.conſulere,conſilium præbere,tutores,iudices vel arbitros dare, pignora capere,mittere in poſſeſſionẽ, reſtituere in integrũ,cognoſcere de præiudiciis,de fideicommiſsis,de alimentis,de pollicitationibus,delicta coërcere,nõ tamen relegare.l.14.ĵ.de interd. & releg. Cætera quæ commemoraui ſi non hoc titulo, his Digeſtis omnia ſuos habent locos.Cuia.

DE OFFICIO Conſulis.

TITVLVS X.

Conſulatus officiũ circa manumiſſiones verſatur, & cõſules habent adminiſtrationẽ in ſolidũ:& cauſa corã vno ex conſulibus cœpta,non poteſt per aliũ explicari, niſi in caſu neceſſitatis. & cõſules apud ſeipſos poſſunt ſuos ſeruos manumittere,niſi ſit minor. Bar.

I. VLPIANVS *libro ſecundo de officio Conſulis.*

OFficium cõſulis eſt, conſilium [n] præbere manumittere volentibus. Cõſules & ſeorſum [o] ſinguli manumittũt:ſed non poteſt is qui apud alterum nomina [p] ediderit, apud alterũ manumittere.ſeparatæ enim ſunt manumiſſiones. [q] Sane ſi qua ex cauſa collega manumittere [r] nõ poterit infirmitate vel aliqua iuſta cauſa impedit⁹: collegã poſſe manumiſſionẽ expedire [ſ] ſenatus cẽſuit. Conſules [t] apud ſe ſeruos ſuos manumittere poſſe,nulla dubitatio eſt. ſed ſi euenerit vt minor viginti annis conſul ſit, apud ſe manumittere nõ poterit: [u] cũ ipſe ſit qui ex ſenatuſconſulto conſilij cauſam examinat: apud collegã verò cauſa probata poteſt. [x]

O*fficiũ*.] CASVS. Quod ſit officiũ cõſulis, hac lege oſtenditur. Dicit enim quòd officiũ conſulis eſt præbere auctoritatem illis qui volũt manumittere. & hanc auctoritatem præbere poteſt ſeparatim conſul.Vltimò dicit, ſi cõſul maior eſt viginti annis, poterit ſeruos ſuos manumittere:& ſi minor eſt.xx.nõ poteſt niſi cauſam apud collegam probet.

n *Conſilium*.i.auctoritatem in cõſilio [b] hunc autẽ ſublimat ordinaria profeſſio,& principis cõmendatio: vt C. vbi ſenat.vel clariſ.l.ij. ibi,conſulari &c. &.§. viros. à cõtrario ſenſu. Et not.ꝙ voluntariam tantũ iuriſdictionẽ habet: olim merũ imperiũ: vt in ſumma Azo.

b] Cæcutit in ea re gloſſa. quid ſit cõſiliũ diſce ex Theoph. Inſt. qui & quibus ex cauſ. manumit. & Vlp. in frag.

o *Seorſum*.i.ſeparatim præſtant auctoritatem manumiſſioni. ſed cõtra.ĵ.de re iudi. duo ex tribus. ſed ibi iuſſum erat vt omnes iudicarent.

p *Nomina*. [c] id eſt probationes cauſarũ: quæ ſunt inſtitu.qui ma.nõ poſ.§.eadem.

c] Edere nomen (inquit Budæ⁹ hoc loco) eſt curare nomen inſcribẽdũ, & veluti ei⁹ nomẽ profiteri in actis. quẽ manumiſſuri ſum⁹: id quod fiebat ante cognitionẽ conſulis.

q *Manumiſsiones*.id eſt cauſæ ꝓpter quas manumiſſio fit & auctoritas: quod non debet eſſe: & ſic idẽ qui cognoſcit, debet auctorari:vt hîc,& in authẽ. vt defun.ſeu fu.§.ſancimus,col.v.& in authẽ. vt iudices nõ expectẽt ſacras iuſ.coll.ix.

r *Manumittere*.i. manumittere volenti auctoritatem præſtare,& cauſam approbare poſſunt.

ſ *Expedire*.licet alius audiuerit cauſas. & ſic no.ꝙ neceſſitas nõ habet legẽ.i.ceſſat lex vbi venit neceſſitas.ſic &.ĵ. de excu. tut.l. nõ ſolũ.§.fi.&.ĵ.de offi.procõ.l.aliquãdo. &.ĵ.quib.ex cau.ma. ſed & ſi per,§.fin.&.ĵ.de offi.eius cui man.eſt iuriſd.l.j.§.j.

Neceſſitas non habet legem.

t *Conſules*.maiores viginti annis.

y *Legatis.* quidã libri habẽt, à legatis, nempe Flo. & dic, præſtitũ. i. præſtãdũ: & tũc plana. Alij habẽt legatis ſine à: & tũc ſubaudi à. vel dic, ipſis legatis præſtandum erat pro ſe & ſuis adſeſſoribus.

z *Præſtitum.* id eſt præſtãdum. & ſic duo dicit, ſcilicet comitibus legati dandum, & heredibus legati. ſed contra. C. de aduo. diuer. iudi. l. petitionem, §. quando autem fiſci, ſed dic, non dari heredibus patroni fiſci ratione aliorum annorum: ſed illius ſic quo moritur: vt. C. eo. l. ſi poſt duos. & ita etiã eſt hîc. vel dic omnia pla-

Textus habet præſtitutum.

UNED

na:ſcilicet quòd iam erat præſtitum. Accurſius.

a *Eodem tempore.* poſt mortem legati. ſed quid ſi non fuit, ſed eſſe potuit cum alio? dic perinde ac ſi fuiſſet, ſecundum Io. & facit. j. loca. ſed addes, §. fi.

a] Vtraque lectura eſt bona, ſecundum Bart. Alexan. & Ia. & ſecũdum iſtas duas lecturas referas iſtũ verſi. ad principiũ legis.

b *In eo.* ſ. adſeſſore. vel dic: ſcilicet legato: [a] vt aſſeſſor nihil habeat: & erit ratio: quia præſumitur legatũ depoſitum propter culpã aſſeſſoris: vt argu. j. tit. ij. l. ij. Vel dic ecõtra. ſ. legato: vt totũ ſalariũ debeatur comitib⁹, & indiſtinctè, quando legatus propter ſuã propriam & euidentẽ culpam fuerit remotus.

* Cõſiliari, poſitũ videtur pro conſiliario: vt & per tertiam declinationẽ inflectatur, perinde atque conſularis.

† Vide l. 19. §. vlt. & l. 38. j. locati vbi ad verbũ repetitur hoc caput. Alciat libr. 4. diſp. cap. 20.

tur: modò ſi non poſtea comites cum aliis eodem tempore [a] fuerunt. Diuerſum in eo [b] ſeruatur, qui ſucceſſorem ante tempus accepit.

V. PAVLVS *libro primo Sententiarum.*

CONſiliari [c] * † eo tempore quo adſidet, negocia [d] tractare in ſuum quidem auditorium nullo modo conceſſum eſt: in alienum autem non prohibetur. [e]

CONſiliari.] CASVS. Iudex poteſtatis Bononienſis cum aſſideret, tractare negocia ſua coram ſe non poteſt, coram alio poteſt: quia aſſeſſor non debet poſtulare in ea cauſa in qua fuit adſeſſor. B

c *Conſiliari.* id eſt aſſeſſori.

d *Negocia.* eorum pro quibus aduocare volunt. Accurſius.

e *Non prohibetur.* ſcilicet tractare tanquam aduocatus, ſed hodie nec in alieno: ne cum, &c. vt. C. eo. l. fi.

IN conſilium.] CASVS. Hæc lex dicit, quòd poteſt quis aſſeſſor & procurator eſſe in terra ſua: quamuis alius in terra ſua aſſeſſor eſſe non poſſit. iſte aſſeſſor procuratoris Cæſaris habet ſalarium ab ipſo procuratore: non à republica illius ciuitatis. puta A imperator mittit aliquem Bononiam, vt de aliqua cauſa cognoſcat inter eum & priuatos. nũquid poterit habere Bononienſem aſſeſſorem, quæritur: & dicitur quòd ſic.

VI. PAPINIANVS *libro primo Reſponſorum.*

IN conſilium [f] curatoris reipublicæ [g] vir eiuſdem ciuitatis adſidere non prohibetur: quia publico ſalario [h] non fruitur.

f *In conſilium curatoris.* i. procuratoris: vt. C. de modo multa. l. curator. ADDITIO. Glo. & communiter ſcriben. intelligunt curatorem reipub. id eſt procuratorem fiſci vel Cæſaris: quod eſt violare tex. ideo Paulus rectius ſentit curatorem, id eſt adminiſtratorem reipub. Item glo. ſequẽs ponit rempublicã & fiſcum pro eodem: [b] de quo per Bart. & doc. in rub. de iure fiſ. li. x. C.

b] Et male: quoniam vt docet Pyrr⁹ in l. 1. de iure fiſc. li. C. x. magna eſt inter remp. & fiſcũ differentia.

g *Reipublicæ.* id eſt Cęſaris: vel dic etiam fiſci. Accurſius.

h *Quia publico ſalario.* quaſi dicat, damnum reſpublica illius ciuitatis non habet, cum ſalarium non præſtet: ſed ipſe debet de burſa ſua. [c] Item eſt & alia ratio, quia ſibi inuidere ſui conciues non poſſunt. nec enim ciuium agit negocia, ſed inter fiſcum & priuatum: quæ negocia rarò eueniũt: vnde parùm amicis prodeſſe, & inimicis nocere poteſt. item patrimonialia gerit negocia. Alij dicunt [d] quòd gratis ſeruit: vnde difficulter aliunde illuc traheretur: & ideo de illa ciuitate habere permittitur, ſecundum H. aliàs non: vt diximus ſupra eod. l. ſi eadem.

c] Sequitur glo. Barto.

d] Idem Lãcelo. & Ia.

Explicitus eſt liber primus Feliciter.

IVRISDITIONVM DIVISIO.

Tota hæc diuiſio cum eius explicatione multimodis à recentioribus Barone, Duareno, Goueano, &c. improbatur. Cont.

- 1. IVRISDITIONVM alia eſt
  - 2 *Imperium*
    - 3 *Merum.*
      - 4 *Maximum.*
      - 5 *Maius.*
      - 6 *Magnum.*
      - 7 *Paruum.*
      - 8 *Minus.*
      - 9 *Minimum.*
    - 10 *Mixtum.*
      - 11 *Maximum.*
      - 12 *Maius.*
      - 13 *Magnum.*
      - 14 *Paruum.*
      - 15 *Minus.*
      - 16 *Minimum.*
  - 17 *Iuriſdictio ſimplex.*
    - 18 *Maxima.*
    - 19 *Maior.*
    - 20 *Magna.*
    - 21 *Parua.*
    - 22 *Minor.*
    - 23 *Minima.*

Definitiones & declarationes iuriſdictionum.

1 IVriſdictio in genere ſumpta diuiditur ſecundum Pe. & Bart. in duas ſpecies (reiectis opinionibus glo. in. l. imperiũ. ff. de iuriſdi. om. iud. & doc. aliorum) ſcilicet in imperiũ: & in iuriſditionem ſimpliciter ſumptam. Ideo operæpretium duxi nonnullas hic ſubiicere declarationes, ſeu potius definitiones ad huius diuiſionis iuriſditionum notitiam. Et primò quid ſit iuriſditio. Eſt autem iuriſditio in genere ſumpta, poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ. Glo. & ibi Bart. in. l. j. ff. de iuriſ. om. iudi. glo. in authen. de defen. ciui. §. iuſiurandum, in glo. mag. circa medium, collatio. iij. Idem Barto. in. d. l. imperium. & ibi Iaſ. dicit quòd ſi verba dictæ definitionis propriè intelligantur, non eſt opus ad. d. definitionem aliqua ſuppletione, prout facit Bart. imò veriſſima & perfecta eſt: vt ibidem latè per eundem. Et dicitur iuriſditio, à iuris, & ditione, quod eſt poteſtas: vt inſtit. in proœ. §. quorum. in ver. ditioni. & in. l. ij. C. de liber. & eo. libe. ſic dicitur iuriſditio, qnaſi iuris poteſtas. Circa iſta quæro de quæſtione vtili. Princeps conceſſit alicui iuriſditionem, nihil aliud addendo. vtrum per hoc videtur conceſſiſſe merum & C mixtum, an tãtummodò iuriſdi. in ſpecie ſumptam? Ange. & Iaſ. in dict. l. imperium. in. vj. coll. dicunt (licet communiter doc. tenent contrarium) quòd princeps concedendo iuriſditionem, cõcedit tantùm ſimplicem iuriſditionem, & nõ merum & mixtum imperium: niſi princeps conceſſiſſet pleniſſimam iuriſdi. quia in tali ſuperlatiuo cenſetur conceſſiſſe merum & mixtum imperiũ. l. ſi in aliquam, §. cum pleniſſimam, ff. de offic. procon. & lega. idẽ & ſi per verbum, omnimodam. glo. in Cle. j. in verbo, omnimodam. de fo. compe.

Hanc definitionem refutat. Baro.

Etymon hoc falſũ. i. quia iuriſdictio non iuriſditio efferendam & ſcribendum eſt. Contius.

2 *Imperium*, eſt iuriſdictio quæ officio iudicis nobili exercetur. & ponitur in definitione iuriſdict. pro genere: & verba, officio iudicis nobili, ponuntur ad differentiam iuriſdictionis ſimplicis, quæ exercetur officio iudicis mercenario. Et quia hæc definitio conſtat ex genere & differentia, ideo eſt bona. Bart. in l. j. ff. de teſta. Et dicitur imperium, quia ex imperio & auctoritate iudicis procedit, & non ex aliquo iure quod reſideat apud partem. Barto. in. d. l. imperium. Et diuiditur imperium, in merum, & mixtum.

3 *Merum imperium*, eſt iuriſdictio quæ officio iudicis nobili, vel per accuſationem exercetur, publicam vtilitatem reſpiciẽs. Et dicitur

UNED

citur merum, quod eſt purum & ſimplex, & cum nullo alio mixtum. l. qui res, §. mihi Romæ, in parua gloſ. in verb. merum, ff. de ſolu. & inſtit. de diuiſi. ſtipu. §. prætoriæ. Et diuiditur ſecundum Bart. in ſex gradus: vt in hac figura patet intuenti: licet Iaſ. ponit tantum quatuor gradus, & melius: quia ſecundum eundem maius & magnum conſtituunt tantũ vnum gradum: & paruum & minus, conſtituunt tantum vnum.

4 *Maximum*, eſt condere legem, ſecundum Bart. & alios in. d. l. imperium. aliud exemplum, congregare concilium generale, ſecundum Inno. in ca. tranſmiſſam, de elect. patet, quia ſolus papa poteſt congregare, glo. in. c. quod tranſlationem, de offic. lega. & in ca. ſicut vnire, de exceſſi. præla. & deficiente papa poſſet collegium cardinalium, ſecundum glo. in cap. ſi duo, lxxix. di. Bald. in ca. olim ex literis. de reſcript. vbi ſubdit quòd nec imperator, nec rex Franciæ poſſunt facere congregari concilium. Aliud exemplum, publicare bona delinquentis, contra authen. bona damnatorum, C. de bo. dam. quia eſt de reſeruatis principi, & ſic meri imperij maximi. Bal. in. c. j. in princip. de pa. te. in vſi. feu.

5 *Maius*, eſt adimere vitam corporalem & particularem, haberéque gladij poteſtatem in animalibus ratione pollentibus. glo. in. d. l. imperium. & etiam in irrationalibus. tex. eſt in cap. mulier, xv. q. j. & etiam animaduertere in corpus inanimatum, gl. eſt magiſtralis inſtit. de here. quæ ab inteſta. defe. §. per contrarium, plenior gloſ. in. l. ex iudiciorum, ff. de accuſatio. & in caſu quem ponit gloſ. ſingu. in. l. ij. ff. arb. fur. cæſa.

6 *Magnum*, eſt imponere pœnam per quam amittatur ciuitas, vel deportatio conſtituatur. gloſ. & Barto. in. l. imperium. ſed ſecundum Iaſ. ibi, iſte gradus continetur ſub præcedenti: & ambo non conſtituunt niſi vnum gradum.

7 *Paruum*, eſt relegare. gloſ. in. l. nulli, C. de ſentent. & interlocut. om. iudic. & in. §. relegati, inſtitu. qui. m. ius pa. po. ſol. & flagellare. imò omnis pœna corporis afflictiua eſt iſtius gradus. l. ſi quid erit, ff. de officio procon.

8 *Minus*, eſt modica coërcitio, quæ cõpetit omnibus magiſtratibus: vt in. l. magiſtratibus, ff. de iuriſ. om. iud. & cognoſcere de leuibus criminibus. l. leuia. ff. de accu. & iſtud mẽbrũ cum præce. vnum tantũ faciunt membrũ: & ſic propriè non faciũt niſi quatuor ſpecies meri imperij, ſecũdum Iaſ. in. d. l. imperium, xij. col.

9 *Minimum*, eſt per quod mulcta pecuniaria imponitur. l. fi. C. de modo mulctarum, in. l. j. cum ibi no. ff. ſi quis ius di. non obtem. l. ij. C. de ſportu.

10 *Mixtum imperium*, eſt quod officio iudicis nobili exercetur, priuatam reſpiciens vtilitatem. ita Bart. in. d. l. imperium. & communiter moderni approbant. Et dicitur mixtum quaſi ex diuerſis conſtitutum. ſ. ex imperio & iuriſdictione. gloſ. in. d. l. imperium. Capit enim ab imperio partẽ, eo quòd officio iudicis nobili expeditur. Capit autem à iuriſdictione partem: quia priuatam vtilitatem reſpicit. Et ſic not. quòd illud dicitur mixtum, quod participat de duobus vel pluribus. Et quæ ſit differẽtia inter mixtum & confuſum, vide per glo. in. l. idem Pomponius, §. ſed ſi plumbum, in ver. vtraque, ff. de rei vin. Et diuiditur etiam ſecundum Bart. in ſex gradus: vt in figura. Sed dic melius ſecundum Iaſ. quòd tantum diuiditur in tres: vt infra patebit.

11 *Maximum*, eſt quod ſoli principi competit, actus voluntarios concernens, de quo in. l. ij. C. de his qui ve. æta. impe. l. ij. ff. de adopt. l. ij. C. de eman. lib. in auth. qui. mo. natu. effic. ſui, coll. vj. & iſtud cum ſequenti gradu debet ſimul adiungi.

12 *Maius*, eſt cognoſcere de ſupplicatione aduerſus ſententiam latam ab eo à quo non poteſt appellari: quod ſoli principi & præfecto prætorio conuenit. l. j. C. de ſen. præfec. præto. authen. quæ ſupplicatio. C. de preci. imper. offe.

13 *Magnum*, eſt cognitio earum cauſarum quæ important plenam cauſæ cognitionem, & coërcitionem realem, vel perſonalem: vt mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: reſtituere in integrum: expellere aliquem de poſſeſſione re ipſa. hæc probantur in. l. ea quæ. j. §. magiſtratibus. infra ad municipalem. & iſtud membrum cum ſequenti debet ſimul iungi, ſecundum Iaſ. in. d. l. imperium.

14 *Paruum*, eſt cognoſcere de cauſis quæ habent plenam cognitionem, licet non habeat coërcitionem realem, vel perſonalem: vt dare bonorum poſſeſſionem, quæ tribuit ius: pronunciare aliquem mittendum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: interponere auctoritatem in alienationibus, & tranſactionibus alimentorum. Et iſta quatuor membra mixti imperij non poſſunt delegari. l. iiij. §. j. verſi. duas, ff. de dam. infec. l. nec quicquã, §. vbi decretum, ff. de offic. procon.

15 *Minus*, eſt dare bonorum poſſeſſi. ex edicto Carboniano: in poſſeſ. mittere ſummariè cognoſcendo. & ſic omnia requirentia cauſæ cognitionem tantum ſummariam, ſunt iſtius gradus: & poſſunt delegari. l. cognitio, §. vt poſſeſſio, ff. de offi. eius cui mãdat. eſt iuriſdictio. Et iſte gradus cum ſeq. ſub eodẽ comprehenduntur: & ſic propriè non ſunt niſi tres gradus mixti imperij, ſecundum Iaſ. in. d. l. imperium.

16 *Minimum*, eſt eorum quæ expediuntur abſque cauſæ cognitione: vt interponere auctoritatem manumiſſioni, & emancipationi: competúntque iſta iure magiſtratus, & ſic ſunt delegabilia. l. ij. in princip. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdi.

17 *Iuriſdictio ſimplex*, eſt quæ officio iudicis mercenario expeditur, priuatam vtilitatem reſpiciens. Barto. in. d. l. imperium. Et diuiditur etiam in ſex gradus: ſed melius ſecundum Iaſo. in tres: vt patet per ea quæ infra dicentur.

18 *Maxima*, in qua vertitur res magni præiudicij, vt cauſa ſtatus, ingenuitatis, & libertinitatis. l. placet, C. de peda. iudi. vide Bald. in ca. edoceri, de reſcrip. quòd negocium arduum dicitur, in quo agitur de ſtatu. & idem in cap. ex ratione, de appel. quòd omnis cauſa famoſa eſt quando agitur de fama hominis, & tunc dicitur ardua.

19 *Maior*, eſt quando ex cauſa deſcendenti ex delicto quis fuit condemnatus ciuiliter, & quia non habet in bonis, luat in corpore. l. quicumque, C. de ſer. fugi. Et cum ſit quædam executio, non poteſt delegari, ſecundum Bart. in. l. placet, C. de peda. iudi. vbi dicit hos duos primos gradus propriè facere vnum: quamuis in. l. imperium, dicat duos eſſe gradus diſtinctos.

20 *Magna*, vt eſt vltra. ccc. aureos: & non poteſt delegari, §. & iudicare. in authen. de defen. ciuita. col. iij. niſi propter occupationes vel longam abſentiam, in. l. placet. & ibi Bart. C. de pe. iudi. & Ange. in. l. imperium.

21 *Parua*, A. ccc. aureis infra: & illa poteſt delegari indiſtincte. tex. in. l. imperium, in fin. & iſte gradus cum præcedenti poſſunt ſimul iungi.

22. 23. *Minor & Minima*, quæ dicantur, remittendum eſt arbitrio iudicis: cum non ſit à iure determinatum. per regulam. l. j. §. fin. ff. de iure delibe. & hæc duo computari debent pro vno: & ſic propriè non ſunt niſi tres gradus iuriſdictionis ſimplicis, ſecundum Bart. in. d. l. placet. & Iaſo. in. d. l. imperium, quamuis Bart. hos ſex gradus hic proſequatur.

Quædam ſunt quæ poſſunt eſſe meri imperij, & iuriſdictionis ſimplicis: diuerſis tamen reſpectibus. primò tortura, quando aliquis torquetur ad pœnam, eſt meri imperij: & ſi in criminalibus imponatur ad veritatem eruendam, eſt etiam meri imperij, ſecundum Barto. in. l. interdum. ij. §. qui furem, ff. de fur. ſi imponatur in ciuilibus, quia teſtes vacillant, eſt iuriſdictionis. in authen. de teſti. §. ſi verò ignoti. col. vij. Secundò leuis coërcitio, quæ imponitur ad pœnam leuis delicti, eſt meri imperij. ſic in ciuilibus contra contumacem eſt ſimplicis iuriſdictionis, ſecundum Ange. & Iaſo. in. l. illa, imperium. Tertiò incarceratio, quæ fit de iure canonico ad puniendum delictum, eſt meri imperij: aliàs eſt ſimplicis iuriſdictionis: ſecundum Guil. Albe. Bald. Sal. Alex. & Iaſo. in. d. l. imperium. licet aliter Bart. in ſecundã ſpecie meri imperij. Quartò excommunicatio, quæ ex publica cauſa imponitur contra rebelles vel contumaces, eſt meri imperij: ſed ad inſtantiam partis conceſſa, eſt ſimplicis iuriſdictionis: ſecundũ Panor. in. c. cum contingat, col. v. de fo. compe. Quintò appellatio in cauſa criminali, eſt meri imperij. in ciuili, eſt iuriſdictionis, vel mixti imperij. Et hæc ſufficiant ad materiam præcedentis figuræ.

DE IVRISDICTIONE omnium iudicum.

Hactenus per ſingula de officiis locutus eſt deſignando quod propriũ officium vniuſcuiuſque ſit: nunc cõmuniter de omni iuriſdictione dicit. Sed quæ eſt differentia inter hunc tit. & illum. ṡ. de offic. eius, &c. cum & ibi tam de ordinariis quàm de delegatis tractetur? Reſpõ. ibi principaliter tractatur de iure delegandi, quod contrahitur ex ipſa delegatione ordinariæ vel delegatæ iuriſdictionis, id eſt iuriſdictionis quæ habetur in delegando, hîc in cognoſcẽdo. vel hîc generaliter de omni virtute iuriſdictionis: quaſi hic genus, ibi ſpecies: vel ibi de delegato principaliter. vel dic apertius. ṡ. dictum eſt ſeparatim de iuriſdictione ordinaria & delegata: nunc communiter. Accur.

† Vulg. de iuriſdictione omnium iudicum.

*Quid ſit i⁹ dicere, exponit Duare. 1. Diſput. cap. 53.

Decurſis breuiter generibus magiſtratuũ et officiis eorũ, rectè datur titulus generalis de iuriſdictione. nam iuriſdictio propriè notio eſt quæ iure magiſtratus cõpetit: quæ enim mandata à magiſtratu aut à lege ſpecialiter magiſtratui delegata eſt, nõ iure ſuo cõpetit, officio quidem magiſtratus cõtinetur, ſed iuriſdictiõe nõ cõtinetur. Cuia.

† Libro ſingulari legitur. l. i. ṡ. de offic. Quæſtoris & in iudice librorum: poteſt tamen retineri hæc lectio.

Digeſtorum ſeu Pandectarum liber ſecundus.

DE IVRISDICTIONE. †

TITVLVS I.

Officium iudicis eſt genus generaliſſimum, continens *omnia quæ poſſunt expediri per iudicem. hoc dicit vſque ad finem.

I. VLPIANVS *libro primo Regularum.*

IVs dicentis [a] * officium latiſſimum eſt. nam & bonorum poſſeſſionem [b] dare poteſt, [c] & in poſſeſſionem [d] mittere: pupillis non habentibus tutores conſtituere: [e] iudices litigantibus dare. [f]

Ad conceſſionẽ vnius expreſſẽ, videtur tacitè cõceſſa illa ſine quibus cõceſſio expreſſa eſſet inutilis. hoc dicit. Alexãd. de Imo.

II. IAVOLENVS *libro ſexto ex Caſſio.*

CVi iuriſdictio data eſt: ea quoque conceſſa eſſe videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit. [g]

Iuriſdictio diuiditur in imperium & iuriſdictionem. Et imperium diuiditur in merum & mixtum imperium. Barto.

III. VLPIANVS *libro † ſecundo de officio Quæſtoris.*

IMperium aut merum eſt, aut mixtum eſt. Merum eſt [h] imperium, habere gladij poteſtatem, [i] ad animaduertendum [k] [in] facinoroſos homines: quod etiam poteſtas [l] appellatur. Mixtũ [m] eſt imperium,

IVs dicentis.] CASVS. Hac lege dicitur quòd auctoritas iudicis magna eſt: qui habet imperiũ. nam hęc lex tota in mixto imperio locum habet. nam poteſt bo. poſſeſ. dare: & poteſt aliquem in poſſeſſionem mittere. Item poteſt tutorem dare illi qui non habet tutorem. Item poteſt iudicem dare litigantibus. & ſic cõſiſtit in quatuor. Viuia.

a *Ius dicentis.* Cautè dicit, ius dicentis: & non iudicis dicentis. nam non de omni iudice dicit: ſed de eo tantùm qui habet merum [a] & mixtum imperium: vt patet per exempla hîc poſita, quæ ſunt de mixto imperio omnia præter vltimum.

a] id falſum eſt. Cont. ex Barone.

b *Bonorum poſſeßionem.* mixti imperij eſt. cum enim non conſtet in animaduerſione, ergo non eſt merum imperium: & cum cauſa cognita detur: [b] vt. j̃. quis or. in bo. poſ. ſer. l. ij. §. dies. ſicq; [c] non demandatur: vt. ṡ. de offi. procon. nec quicquam, §. vbi decretum. ergo [d] non eſt iuriſdictionis: cum eius ſit proprium vt delegetur: vt. j̃. eo. l. iij. §. fin. ſupereſt igitur vt bo. poſ. mixti imperij cenſeamus. Azo. ſed hodie cõtra, quòd videtur competere iure magiſtratus: vt. C. qui admit. ad bo. poſ. l. fi.

b] Sane nõ ſẽper. Baro.
c] Perperã infert. Cont.
d] Iſta cõſequentia non eſt bona: quia ea quæ ſunt mixti imperij, inferiori ſunt delegabilia. Ia.

c *Poteſt.* & neceſſe habet: [e] vt patet ex definitione eius. Eſt enim iuriſdictio poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ.

d *In poſſeßionem.* ſi dicas mittere re ipſa vt quis poſſideat, mixti eſt imperij. ſi dicas de pronunciatione definitiua inter partes faciẽda poſſidere debeat necne, iuriſdictio eſt: quia & demãdatur: vt. ṡ. tit. ij. l. pe. §. fi. ſecundũ Azo. ſed nonne per vnũ nuncium fit miſſio in poſ. re ipſa, nedũ per delegatum iudicẽ? Reſpon. non fit vt trãſeat iuriſdictio, ſed vt per eũ expediatur: vt. C. de execu. rei iudi. l. executorẽ. Vel dic, aliud iubere, aliud verò delegare eſſe: vt inſt. de Attil. tu. §. pe. & potes hîc dicere quę habes. j̃. eo. l. iubere.

e] Falſum. cum ſoli iudices dati neceſſitate hac teneantur: quia iudicare eſt munus perſonale priuatis iniũgi ſolitum l. à iudice C. de iudic. Baro.

e *Tutores conſtituere.* hoc eſt [f] mixti imperij. ſ. datio tutorũ. nam nec mandatur: vt. j̃. de tut. l. muto, §. tutoris. & de tu. & cu. da. ab his, l. nec mandante. econtra iuriſdictionis videtur: quia cuilibet magiſtratui cõpetit: vt. j̃. de tu. & cu. da. ab his, l. ius dãdi. ſed certe non competit niſi ex demandatione, & ea facta habenti iuriſdictionem: vt inſtit. de Attil. tu. §. pe. Azo. Sed nonne alia quæ ſunt mixti imperij, delegantur ſimiliter habenti iuriſdictionem? Reſpon. non, [g] ſed fauor pupillorum hoc facit. ſed ſecundum hoc quid ſi pupillus petat bo. poſ. quę ſimiliter eſt mixti imperij? Reſpon. non idem. Conſideratur enim quod plerumque, non quod rarò [h] euenit: vt ſupra de leg. & ſenatuſconſul. nam ad ea.

f] Imò nec imperij nec iuriſdictionis d. l. Muto. Cont.
g] Imò delegantur niſi ſpecialiter lege dentur. Contius.

f *Litigantibus dare.* ſcilicet in cauſis quæ poſſunt delegari: vt cauſæ quæ competunt iure magiſtratus. in aliis non. & hoc eſt exemplum de iuriſdictione: vt. j̃. l. iij. §. fina. ADDITIO. recte licet hoc loco reprehendatur Accurſius à Barone.

h] Iſta ratio diuerſitatis eſt falſa, ſecundum Iaſ.

CVi.] CASVS. Si quis delegat aliquã cauſam alicui, inter Titiũ & Seiũ puta: videtur ei mãdare & cõmittere modicã coërcitionẽ: vnde poterit partes citare & coërcere, niſi ei apertè pareãt.

g *Non potuit.* vt modica coërcitio: [i] vt, ṡ. de offi. eius cui mãda. eſt iuriſd. l. fin. §. fin. itẽ vt poſſit citare re & verbo lite conte. corã ſe: vt in auth. de exhi. §. ſi verò etiam, col. v. vel etiã ante litẽ cõte. ſi ſit delegatus à principe: vt in authen. de litig. §. omnẽ verò. col. viij. Si verò quęras an poterit iſte delegatus in poſſe. mittere? Reſpon. non, cum mixti ſit imperij miſſio re ipſa. Lex tamen dicere videtur q̃ poſſit. Nõ tamẽ aperit an loquatur de ordinario, an de delegato: vt in authẽ. de exhi. & intro. reis, §. ſi verò, col. v. ſecundum H. Sed ad delegãtem referas: vel dic, ad delegatũ à principe. Et forma hic generale cum quid conceditur, & id quod ex eo ſequi poterit: vt hic, &. C. de ord. iud. l. j. & de iudi. l. quotiẽs. &. j̃. de ali. leg. l. legatis. & ṡ. tit. ij. l. j. in fi. & l. fin. in fin. &. j̃. quemad. teſta. ape. l. ij. §. ſi dubitetur, verſi. inſpectio, in glo. &. j̃. ſi vſusfruct. pet. l. j. §. j. &. j̃. de ſer. ruſt. prædi. l. iij. §. qui habet. &. j̃. de procu. l. ad rem. & l. ad legatum. Argu. contra. j̃. de vſufruct. l. vſufructuarius. ij. §. ædificiũ. [k] contrà cum quid prohibetur, & id quod ex eo ſequitur, videtur eſſe prohibitũ: vt. C. de leg. & conſt. l. non dubium. & infra de ſpon. l. oratio. Accur.

i] Scilicet verbalis. Bar & realis. Alex.

k] Dic quod hoc nõ contingit: quia ſi perficeretur ędificiũ, mutaretur forma rei: & ſic finiretur vſusfructus. Iaſ.

h IMperium Merum eſt. id eſt de mero imperio. & nota tria dicta huius. l. exemplariter non definiendo dici, ſecundum Io.

i *Poteſtatem.* exemplum eſt. nam omnis capitalis pœna (quæ tripliciter contingit, vt. j̃. de pub. iud. l. ij. &. j̃. de bon. poſ. l. edicto prætoris, §. rei autem capitalis. &. j̃. de contra tab. l. j. §. quidam filium.) in mero conſiſtit imperio: quam poteſtatem omnes præſides habent: vt ſupra de offi. præſi. illicitas, §. qui vniuerſas. & ſic merum habent imperium, licet quidam dicant [l] merum imperium ſoli principi competere. [m] ADDITIO. imò longe aliud habet.

l] Et male: vt colligitur ex doctrina Bar. Alex. & Iaſ.

m] Ad hunc locum vide Alciat. lib. Parerg. 2. cap. 6.

k *Animaduertendum.* id eſt aduertendum in animam: hoc eſt animatum corpus totum, vel partem.

l *Poteſtas.* vt infra de verb. ſignifi. l. poteſtatis.

m *Mixtum eſt.* quia iuriſdictioni cohæret, & ſine ea non eſt: vt ſubiicit, ſecundum P. & Guil. & quaſi merum nõ habeat ſecum iuriſdictionem. Vel verius dic, ſecundum Ir. id eſt cõmune, quaſi ex diuerſis conſtitutum, ſcilicet imperio & iuriſdictione, ſecundum Ioan. & dic quòd nomine iuriſdictionis & merum imperiũ contineri videtur: ſicut ex ſignificatione vocabuli apparet. dicitur enim iuriſdictio à ditione, [n] quod eſt poteſtas: & iuris. q. d. legitima poteſtas. & ſic manifeſtè probatur. ṡ. de offic. eius cui mãda. eſt iuriſdi. l. j. ibi, iuriſdictionẽ ſuam mandãt. nam de mero imperio dicit, cum de publicis criminibus dicat. Dic ergo quatuor eſſe gradus iuriſdictionis. nam aliàs merum, aliàs mixtum, aliàs coërcitio modica, aliàs remanet in ſuo nomine, & iuriſdictio appellatur, ſicut dicitur de adoptione: vt. ṡ. de adop. l. j. §. in duas. Et omnẽ cauſam quæ ſit in mundo, iudica ſub aliquo iſtorum, hoc modo: Sub mero imperio dicimus cõtineri quandocunque tractatur de tribus capitulis quæ habemus, videlicet de perſona, item de ciuitate, item de libertate, vt hîc: vel vt alterum horum amittamus. nam ſententia dicitur capitalis: vt. j̃. de bonorum poſſeſ. l. edicto prætoris, §. j. & de publi. iud. l. ij. in princ. Sub mixto autem dicimus contineri quando duo interueniunt. Primum ſcilicet. quòd non ſit de numero trium ſupradictorum. Secundum, quod cum cauſæ cognitione dicatur eſſe cognoſcendum: vt patet in exemplo hic poſito. nam cum cauſæ cognitione datur bonorum poſſeſſio: vt. j̃. quis ordo in bon. poſ. ſer. l. ij. §. dies. & idem in ſimilibus. Sub iuriſdictione eſt omne id quod competit iure magiſtratus. [o] Quæ autem illa ſint tam in ciuilibus

n] Falſa Etymologia. Contius.

o] Reprobatur: quia cognitio ſtatus eſt iuriſdictionis: & tamen non competit iure magiſtratus. B. B. Alc. & Iaſo.

UNED

ciuilibus quàm in criminalibus leuibus, dicitur in authen. de defen. ciui. §. nulla. &. §. iudicare. &. §. audient, colla. iiij. Coërcitio autem modica huic iuriſdictioni ineſt: vt infra eo. magiſtratibus, in fin. & ſupra titu. ij. l. fina. §. fi. Prima duo non delegantur, etiam quo ad cognitionem, niſi in caſu quando proficiſcitur: vt ſupra de offi. eius cui man. eſt iuriſd. l. j. in princ. & §. huius rei. & in alio caſu: vt ſupra tit. ij. l. cognitio. & ſupra de offi. procon. l. ſolēt, in prin. & in alio, vt inſtitu. de Attil. tu. §. antep. Quidam tamē dixerunt vt diximus, vt P. & Guil. ꝙ iuriſdictio, & mixtū imperium idem erant: & vnum ſine altero eſſe non poſſet, ex eo qđ legitur, s̃. tit. ij. l. fin. §. fin. & ſecūdū eos quicquid eſſet de mixto imperio, delegari poteſt: cum idem eſſet & de iuriſdictione: quod eſt apertè falſum. & in d. l. fi. imperium, ponitur pro modica coërcitione: nō pro mixto imperio. Ex his ergo patet, quòd etiam pecuniariā cauſam vltra ccc. aureos præſes non delegat: vt. C. de peda. iudi. l. ij. quia non competit iure cuiuſlibet magiſtratus. Accurſius.

cui etiā [a] iuriſdictio [b] ineſt: quod in danda bonorū poſſeſſione conſiſtit. Iuriſdictio [c] eſt etiam iudicis dandi licentia.

Iubere quòd caueatur, item mittere in poſſeſſionē: ſunt mixti imperij. Barto.

IIII. IDEM *libro primo ad Edictum.*

B IVbere caueri [d] prætoria ſtipulatione, & in poſſeſſionem mittere, imperij [e] magis eſt quàm iuriſdictionis.

a *Etiam.* q. d. non ſolum merum imperium. Accurſius.

b *Iuriſdictio.* i. de natura iuriſdictionis eſt, non de ſua tantū. Acc.

c *Iuriſdictio.* i. de iuriſdictione ſua eſt. nam vt ait Irn. non ponit definitionem, ſed generis prædicationem, vel nomen ſpeciei ponit, vel effectum. Eius autem definitio eſt vt diximus. s̃. eo. l. j. Sed cum delegatus iudex ſaltem habeat delegatam iuriſdictionē: vt ſupra de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. §. fi. ibi, verius eſt, &c. ergo delegare poteſt: quod eſt falſum: vt ſupra de offi. eius. l. j. j. reſpon. ſed dic eum non habere generalem iuriſdictionem, ſed ſpeciem iuriſdictionis. Si autem vniuerſitatem iuriſdictionis haberet, vnā cauſam delegare poſſet: vt. j̃. eo. ſolet. &. j̃. quis & à quo ap. l. j. §. fin. Vel dic, de iuriſdictione, ſcilicet ordinaria. Accur.

I *Vbere.*] CASVS in hac. l. vſque ad finem talis eſt: Domus tua minatur ruinam domui meæ. iudex debet iubere tibi vt mihi caueas de damno infecto: & ſi non vis cauere, quòd mittat me in poſſeſſionem: & hoc eſt mixtum imperium: & habet plus à mero imperio, quàm à iuriſdictione. & fit iuſſio vt mihi caueatur. & mittere in poſ. plus habet imperij, quàm iuriſdictionis. Vel aliter dicas retento primo caſu, quòd ſi domus tua meæ ruinam minatur: prætor iubere debet quòd tu mihi caueas. Item ſi habeo debitorem, poterit me prætor in poſſ. mittere, ſi non ſoluat ille debitor. & ſic ſunt duo caſus, ſecundum illam vltimam. Viuia.

d *Iubere caueri.* Pone quòd ſit tantum vnus caſus, ſcilicet ex cauſa damni infecti, vel pone quòd duo: primus in cauſa damni infecti: ſecundus in miſſione [a] ex alia cauſa, & quod ſubiicit, magis eſt, &c. comparatiuè intelligas, non electiuè. Habet enim ab imperio mero quod eſt eius præcipuum, [b] ſcilicet vt demandari non poſſit: & à iuriſdictione quod eſt eius minimū, ſcilicet quod conſiſtit in pecuniario commodo. Iuriſdictionis enim eſt præcipuum vt demandetur. Si ergo eſt mixti imperij miſſio in poſſeſſionē. ergo delegari non poteſt: vt ſupra de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. in princip. Sed contra. s̃. tit. ij. l. pen. §. vt bonorum. Sol. vt ibi. [c] Item contra in authen. de exhi. & introd. reis. §. ſi verò. col. v. Sed ibi non aperit an dicat de delegato, vel de ordinario. vnde de ordinario faciam loqui. Vel dic aliud: quia totum eſt pœna tam ex parte actoris, quàm ex parte rei: vt infra ad. l. Aquil. item Mela, §. ſi plures. ſecus eſt in interdicto de eo per quem factum erit: quia ſi vnus ibi præſtiterit, cæteri liberantur: quia vt intereſſe petitur ex parte actoris: vt infra de eo per quem factum erit. l. j. §. ſi plures, quæ eſt contra. vnde no. tres regulas. Quotiens eadem actio contra plures competit eiuſdem facti nomine, & eſt pœnalis ex vtraque parte, vnus ſoluens alium non liberat: vt hîc, & infra ad leg. Aquil. itē Mela, §. ſi plures. &. s̃. de iuriſdict. omn. iu. l. adeo. Si autem ex vna tenetur, vel ſi ex neutra eſt pœnalis: tolluntur adinuicem: vt infra de eo per quem fac. erit, l. j. §. ſi plures. & infra de condic. fur. ſi pro fure. Vel dic, ibi de delegato à principe: licet & de delegato ab alio ibi fecerat mētionem. Item cōtra. j̃. de dam. infec. l. iiij. §. duas, vbi prętor delegat miſſionem. Sol. ſpeciale ibi: quia cauſa illa celeritatem deſiderat: vt in eo. tit. l. j. Vel dic, mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, vt quis conſtituatur poſſeſſor, & vt incipiat vſucapere: magis eſt imperij, quàm iuriſdictionis: vt quia delegari non poteſt. tunc enim

a] Iſte intellect⁹ reprobatur. B. B. P. Alexan. & Iaſo.
b] Nihil eſt. Alex. & Iaſ.
c] Dic ſecūdum Bar. & Ia. quòd ibi loquitur de reali miſſione ex cauſa ſummaria, nō ſubordinata ad aliquod maius prę iudiciū.

A cauſa cognita interponitur ſecundum decretum: vt infra de adqui. poſ. l. iij. §. fi. ergo nō delegatur: vt. s̃. de off. procō. l. nec quicquam, §. j. habet tamen aliquid ex iuriſdictione: quia cōtinet pecuniariam controuerſiam: & ita eſt mixti imperij. verbum enim magis, comparatiuè nō electiuè ponitur: vt diximus. s̃. Cæterùm mittere in poſ. cauſa cuſtodię ex primo decreto, ſemiplenam cauſæ cognitionē deſiderat: vt infra vt in poſ. leg. ſi is à quo. & ideo mandatur, & iure magiſtratus dicitur competere. vel dic, (quod eſt veri⁹) quòd ipſum mittere in poſ. vt fiat re ipſa poſſeſſor ex primo vel ſecundo decreto, non cōpetit iure magiſtatus: vt infra ad munic. l. ea. j. §. magiſtratibus. nam ibi non loquitur in ſecūdo decreto: quia ibi non interponitur ſecundum decretum pro legato vel rei ſeruandæ cauſa, niſi in damno [d] infecto: tamen delegatur cognitio, mitti debeat vel non ex primo decreto. ſed ſecundum decretum non delegatur etiam quo ad cognitionem. Lex tamen iſta etiam primum decretum dicit non delegari, id eſt iubere cauere. ſed intellige de iuſſu qui inferat ipſam neceſſitatem: & nō ſtat in finibus ſententiæ. vec dic [e] ſecundo caſu, vt ponatur tantum pro vno caſu: vt diximus, quaſi dicat hoc totum, iubere cauere, & in poſſeſſionem mittere, magis eſt, &c. aliud ſi loquaris de bo. poſ. C quę tribuit ius, vbi nec cognitio delegatur, ſicut in mero imperio diximus, ſupra. l. proxi. §. mixtum.

d] Imò & in aliis cauſis ſecundum prædic.
e] Iſta lectura placuit ſoli Ful. reprobatur tamen per Iaſ. hic.

Delegatus delegare non poteſt.

V. IVLIANVS *libro primo Digeſtorum.*

MOre [f] maiorum ita comparatum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſſit, qui eā ſuo iure, [g] non alieno beneficio [h] haberet.

VI. PAVLVS *libro ſecundo ad Edictum.*

ET quia [i] nec principaliter [k] ei iuriſdictio data eſt, nec ipſa lex [l] defert, ſed confirmat

e *Imperij.* ſcilicet meri vel mixti.

M *Ore.*] CASVS. Hæc lex cum ſequenti continuatur. & in iſta prima eſt regula. Sequens lex aſſignat duas rationes ad regulam. poſtea infert ex rationibus & ex regula, & eſt talis regula: quia delegatus ab alio delegare non poteſt: ſed iudex ordi. bene poteſt delegare. & quòd delegatus non poſſit delegare, ponit duas regulas: quia delegatus ab alio quàm à principe: item habet iuriſdictionem non à ſe: item non habet à lege. Vltimò dicit, quòd ſi tu delegaſti mihi aliquam cauſam, & antequam aliquid geram in iſta cauſa, tu decedas: finitur & expirat officium meum ſiue iuriſdictio: ſicut quodlibet mandatū reuocatur mortuo mandatore re integra. Viuia.

f *More.* No. morem antiquorum ſeruari. ſic. C. de teſta. l. teſtamenta omnia.

D g *Suo iure.* ſcilicet ordinario. Accurſius.

h *Alieno beneficio.* ac ſi diceret, delegatus delegare non poteſt: vt s̃. titu. ij. l. fi. in princ. Sed nonne imperator habet iuriſdictionem alieno beneficio. i. à populo Romano? Reſpō. habere ex lege regia dicitur, licet etiam populus dederit: vt. s̃. de conſti. prin. l. j. in princ. Item nonne quilibet ordinarius habet beneficio principis, & tamen demādat? ſed dic quòd princeps eſt lex animata [f] in terris: vt in authē. de conſul. §. fi. in glo. legem. Item nonne legatus proconſulis habet à proconſule: vt. s̃. de offic. proconſul. & leg. l. legati. & tamen delegat: vt. j̃. de iudi. l. cū prætor, §. his quoque, quæ eſt contra. ſed dic in legato proconſulis ſpeciale: vt. s̃. de offic. proconſ. l. ſolent, in princ. vel dic quòd vnam ex multis delegat: vt. j̃. eod. ſolet. vel dic quòd eſt ſua propria iuriſdictio: vt. s̃. tit. ij. l. cognitio, §. cum propriam. Accurſius.

i E *T quia.* Duas reddit rationes quare qui habet alieno beneficio, non delegat. antemiſſa copula, & alia ſecuta, incluſa E in illa dictione, nec, quæ ſecundo loco ponitur. prima, & quia, &c. ſecunda, nec ipſa, &c.

k *Principaliter.* i. à principe delegata, ſecundum quoſdam. & hac ratione, & ſequenti, ideoque, &c. videtur quòd delegatus à principe cognoſcat etiam ſi moriatur princeps delegās antequam res incipiat geri. Item alia, quia imperiū ſemper eſt: vt in authē. quomodo opor. epi. §. fin. colla. j. ſecundum Azo. ſed contra puto. & hoc intellige de iuriſdictione data à principe: vt faciat eum ordinarium cui datur: vt extra de offic. iudi. delega. ca. licet. [g]

l *Nec ipſa lex.* id eſt conſuetudo, quæ iuriſdictionem ordinariam dat: vt. C. de mancip. l. j. vel lex, ſcilicet ſcripta. & tunc diſtingue an ſpecialiter deferat in priuilegium, vt maiori: vt tunc non deleget. an generaliter, & tunc ſic: vt ſupra de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. j. reſpon. & in authen. de man. princ. §. j. col. iij. Sed [h] cum lex confirmat delegatam, vt ſubiicit: ergo eam dare videtur: vt in authen. de defen. ci. §. interim. collatio. iij. ibi, vt inde fiat iure pri-

f] Iſtud non placet communiter ſcribentibus hic nā lex nullū habet effectum niſi ex perſona cōdētis. ſed legē condidit populus Romanus: ergo ab hominib⁹ princeps habuit iuriſdictionē, ſecundum Bart.
g] quidā citant. c. gratū.
h] Obiectio.

UNED

uato,&c.ergo delegatus delegat, cũ habeat à lege. Reſpon. quidam,confirmat eo ipſo quòd non infirmat: & ita hic exponunt. Aliud ergo eſſet ſecundum eos ſi expreſsè confirmaret. ſed certe imò expreſsè lex confirmat delegatam iuriſdictionem: vt ſupra titu. ij. l.j. §. quæ verò iure. Dic ergo non eſſe hîc per omnia paria, aliquid ab aliquo dari, & aliquid confirmari. Et not.[a] hîc breuiter quis dat ordinariam vel delegatam iuriſdictionẽ. 1 Ordinariam dat papa ordinãdo epiſcopos. 2 Itẽ imperator: vt. C. de cri.ſacri.l. ne quis ſine ſacrilegij.vt.ſ.de off.præfe.vr.l.j.§.cum vrbem. 3. Itẽ lex ſcripta: vt hîc &.ſ.tit.ij.l.j.§. & ideo. 4. Itẽ cõſenſus vniuerſitatis, licèt à præfecto confirmari debeat: vt in authen.de defen. ciui.§.interim illud.&.§. & ſi eadem. 5. Item cõſenſus aliquorum qui ſunt de eadem profeſſione: vt C.eo.l.fi. 6. Itẽ conſuetudo: vt. C. de eman. l.j. & fi. & infra de albo ſcri.l.j.non autem priuatorum conſenſus: vt. C.e.l. priuatorum. Delegatã autem iuriſdictionẽ dat omnis qui dare poteſt ordinariam. item quilibet ordinarius dat delegatam: vt hac. l. probatur. item delegatus à principe: vt.C. de iudi.à iudice: [b] item delegatus ad vniuerſitatem: vt infra quis & à quo. l. j. §. fin. vel legatus proconſulis: vt infra de iudi.l.ait prætor,§.j.alius non: vt ſupra titu.ij.l.fin.j.reſpon. niſi fortè lite conteſtatã coram ſe, ad inſtar procuratoris: vt C. de procur.l. neque.

a] Quis det ordinariam vel delegatã.

†Nõ ſic iudicium l. 49. §.1.j.de iudic.

*Erant autẽ iuriſdictionis perpetuę cum prætor generaliter edicebat quib9 de reb9 aut quomodo in omnibus cauſis & omnibus perſonis ius eſſet dicturus quãdiu magiſtratu fungeretur.l.2.§. de orig.iur. Duare.j.diſput.ca.48.

† Sic Flor.& in manuſcr. noſtris recte Contius.

mandatam iuriſdictionem: ideoque [a] ſi is qui mandauit iuriſdictionem, deceſſerit antequam [b] res ab eo cui mandata eſt iuriſdictio, geri cœperit: ſolui mandatum† Labeo ait, ſicut in reliquis cauſis.[c]

Contra corrumpẽtem vel corrumpi facientem album propoſitum, vel quod in albo proponitur, datur actio popularis in quingentos aureos: quæ in defectũ eſt corporalis. Barto.

VII. VLPIANVS *libro tertio ad Edictum.*

SI quis id quod iuriſdictionis perpetuæ [d]* cauſa, non quod prout res incidit, [e] in albo [f] vel in charta vel in alia materia propoſitum erit, dolo malo corruperit: datur in eum quingentorum [g] †aureorum iudicium, quod populare [h] eſt. Serui quoque [i] & filiifamilias verbis edicti continentur. Sed & vtrumque ſexum prætor complexus eſt. Quod ſi dum proponitur, vel ante propoſitionem quis corruperit, edicti quidem verba ceſſabunt, Pomponius autem ait ſententiam [k] edicti porrigendam eſſe ad hæc. In ſeruos autem, ſi non defenduntur à dominis, & eos qui inopia laborant, corpus * torquendum eſt. [l] Doli mali autem ideo in verbis edicti fit mentio, quòd ſi per imperitiam, [m] vel ruſticitatem, [n] vel ab ipſo prætore iuſſus, [o] vel caſu aliquis fecerit, non tenetur. Hoc verò edicto tenetur & qui tollit, quamuis non corruperit. Item qui ſuis manibus facit, & qui alij mandat. Sed ſi alius ſine dolo malo fecit, alius dolo malo mandauit: qui mandauit, tenebitur. [p] ſi vterque dolo

a *Ideoque.* ſupple quia alieno nõ ſuo iure habet: & ceſſante cauſa debet ceſſare effectus. ergo ſi is,&c.

b *Antequam.* alioquin non: vt infra de inſtitu. ac. ſi quis mancipiis,§.ſi impubes,&.§.eius.&.j̃.de iudi.venditor.§.iudices,quæ eſt contra.&.l.vbi. Sed qualiter incipit geri? dic lite [c] conteſt.nõ enim cœptum videri poteſt ante litem cõteſtatam,cum & iudex poſſit recuſari,& euitari: vt C.eo.l.nemo.&.j̃.de ædil.edict. quis ſit fugitiuus,§.idem ait.& infra de no.ope. nun.l. ſtipulatio,§. opus.& C.quando liceat ab empt. diſ.l. j. &. ij. & lex videtur hoc dicere in authen. de litig. §. ſi verò apud iudicem initium. & in authẽ.in medio litis non ſi.ſac.for.§.ſi. coll.viij. item pro hoc eſt infra de procu.l.ante litem.&.l.poſt litem.& C.de procu.l.nihil. &.l.procuratoribus. Alij dicunt,conuento reo per executorem vt veniat,vel per alium iuſſu iudicis delegati.& pro eis. j̃. de aur. & argen.lega.l.& ſi non ſint,§.quid ergo.&,§.ſi cui.&.j̃.de inoffic.teſtamen.poſthumus,§.fina.&.l.ſequen.& de peti.here.ſed & ſi lege,§.ſi ante.& C.de præſcript.triginta an.l.ſicut.ibi, aut in iudicio, &c. &.l.cum notiſſimi. in princip. ibi, per ſolam conuentionem,&c.& arg.infra de polli.l.j.§.cœpiſſe. prima [d] tutior eſt.

b] Hoc non ad iuriſdictionem,ſed notionem pertinet, & non hoc dicit illa lex. Cont.

c] Falſum. Contius.

d] Imò ſecunda dumtaxat vera. Contius.

Sed videtur etiam re nullo modo cœpta tranſmitti, vt morte non extinguatur: vt in authen. vt nulli iudi.§. & hoc verò iubemus.collat.ix. quæ eſt contra. Solut. ibi non fuit cognitio cauſæ mandata: ſed quoddam negocium. Vel ibi de præcepto quod imponit neceſſitatẽ: hîc de mandato. vel verius (vt puto) ibi in principio,§.non deceſſit qui mandauit, ſed cui fuit mandatum: quo caſu diſtinguitur, vt ſi ipſi dignitati fuerit commiſſum nõ expreſſo proprio nomine, vt præſidi Longobardiæ, vel poteſtati Bononienſi, habeat locum quod ibi dicitur. aliàs non: vt extra de offic. iudi.delega.c.quoniam abbas.

c *Reliquus cauſis.* non eſt per omnia ſimilitudo hæc bona: vt diximus infra de iudi.l.iudicium ſoluitur. Accurſius.

SI quis.] CASVS. Olim conſueuit eſſe quædam prætoria dealbatio, in qua prætoris edicta cõſueuerunt ſcribi: in loco cuius dealbationis ſucceſſerũt iſta tam in charta cõmunitatis, quàm in aliis vbi ſcribuntur ea quæ in palatio geruntur. Hac. l. dicitur quòd ſi quis album prætoris corrumpat, ꝙ punitur in quingentis aureis: & quilibet de populo poterit agere pro iſtis quingentis aureis. Item tenentur ſerui & alij. Item vir & mulier tenentur hoc edicto. Sed pone quòd edictum nondum propoſitum vel ſcriptum quis corrumpat: nunquid tenetur? & reſpondetur, tenetur ſententia edicti. Item quòd ſi quis quingentos aureos ſoluere non poteſt, vt ſeruus, & non vult eum dominus defendere: in corpore punitur. ſed ſi aliquis fecit iuſſu prætoris, vel per imperitiam, vel ruſticitatem: non tenetur. Item qui amouet, licet non corrumpat, vt quia duo folia accepit de quaterno, nõ tamen deſtruxit: dicit quòd tenetur. Item ꝙ qui dolo alij mandauit vt tollat album, tenetur tali mandato: etiam ſi nõ tenetur mãdatarius. ſed ſi mandator & mandatarius dolum commiſerũt, ambo tenentur. & ſi plures corruperint, quilibet in ſolidum tenetur: nec vnus ſoluendo aliũ liberat. Viuia.

*Ariſt. lib.5. Hecatonõ idẽ Socratẽ cẽſuiſſe refert,& Xenophon.1. Ἀπομνημ.

d *Perpetuæ.* id eſt generalis: vt inſtitut. de ſatiſdatio. tutorum & curatorum, §. primo: edicta enim quæ in hoc albo ſcribebãtur, quędam erant generalia, & in perſonis omnium tenebãt: vt illud de pactis: Ait prætor, pacta ſeruabo. & illud de conſtituta pecunia, & ſimilia: & in horum corruptione habet locum hæc lex. Alia ſpecialia, vt de vocando aliquem in ius. nam & alia etiam ibi ſcribebantur: vt in authent.de liti.§.omnem verò. Sed an & hæc ſententia [c] ſaltem huius edicti teneat? Reſpond.de æquitate hîc eadem pœna locum habet. Accur.

e *Incidit.* vt de aliquo vocando in ius. Accur. [f]

f *In albo.* id eſt in dealbatione quadam, & in muro fortè: vt in palatio Bononienſi. Accur.

g *Quingentorum.* aliàs quinquaginta. [g] pœna etiam falſi tenetur: vt infra ad legem Corneliam de falſis, l. hodie. & actori datur: vt j̃. de ſepulchro violato, l.iij.j.reſpon.

h *Populare.* eius enim executio cuilibet de populo datur: vt. j̃. de popu.act.l.j. Accur.

i *Serui quoque.* ſuperiora verba ſunt edicti: inferiora Vlpiani.

k *Sententiam.* not. quando directa datur: vt quando locum habent verba & ſententia. & quando vtilis, vt cum ſententia tantum: vt hîc, & infra ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l. penulti.

c] Iſtud dictũ gl. communiter reprobat, ex quo edictũ prętoris ſpecialiter excipit hũc caſum: vt patet in hoc tex. in verſ. non quod, ſecundũ Iaſ.

f] Rectius pones exẽplum de edicto denũtiatorio & perẽptorio proponẽdo l.ad peremptoriũ cum ſex ll.ſeq.j. de Iudic.

g] Male & contra veritatem Flo.

l *Corpus torquendum eſt.* quod eſt generale in omni crimine publico & priuato: vt infra de pœn.l.j.§.fi.&.C.de ſer.fug.l.quicũque,§.quod ſi.j.& infra de mino.quod ſi minor,§.ſi ſeruus, verſi.ſi ex neutro.& infra de in ius vocan.l.fin.

m *Per imperitiam.* Not. imperitiam ſiue errorem excuſari. argu. contra infra de ap.l.j.§.ſi quis. ADDITIO. Pro ſolu. huius contrarij dic quòd imperitia excuſat à dolo. quod limita verum, durante ignorantia: ſed poſtquam ſciuit, perſeuerando conſtitueretur in dolo: & ſic puniretur, ſecundum Bart. hîc per tex. not. in l.cum ancillis.C.de inceſt.nupt.

Imperitia ſiue error excuſat.

n *Vel ruſticitatem.* not. ruſticitatem excuſari: vt infra ſi quis in ius voca.non ie.l.ij.§.pe.&. C.de teſta.l.fi. argu.contra. C. de in ius voc.l.ij. ADDITIO. Dic quòd generaliter ruſticus non excuſatur, niſi in caſibus à iure expreſſis. ſecundum Ant. de But. in ca.ij.in iiij.col.de conſi.& gloſſ.j.iiij.c.fina.

o *Iuſſus.* no. quòd iuſſus prætoris excuſat. ſic infra de mino.l. ait prætor,§.permittitur.ibi, quid tamen.& infra de aqua plu. arcẽ. l.quanquam, in fi.j.reſpon. Accur.

p *Qui mandauit, tenebitur.* not. mandantem ex delicto teneri, licet à mandatario non contrahatur delictum. ſic infra de eo per quem fact.eſt.l.j.§. feciſſe. ſecus in furto: vt infra de fur.ſi is qui rem,§. ſi tu Titium. &.l.ſi quis quid perferendum, quæ ſunt contra. Sed dic quòd ibi non fuit furtum, vnde non poteſt dici quòd aliquis tulerit conſilium vel opem ei quod non eſt. nõ enim furtum fit ſine dolo: ſed album poteſt corrumpi etiam ſine dolo.

Mandans ex delicto tenetur.

Adeo.

UNED

malo fecerit, ambo tenebuntur. nam & ſi plures fecerint, vel corruperint, vel mandauerint, omnes tenebuntur:

VIII. GAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

ADeo quidem, vt non ſufficiat [a] vnum eorum pœnam luere.

Plura facta vnius familiæ puniuntur vt plura, vbi de publica vindicta tractatur: aliàs vt vnum. h.d. vſque ad finem. Bart.

IX. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

SI familia [b] alicuius † album corruperit: non ſimiliter hîc edicitur [c] vt in furto, ne in reliquos [d] actio detur, ſi tantum dominus cum defendere voluit, vnius nomine præſtiterit quantum liber præſtaret: fortaſſe quia hîc [e] & contempta maieſtas prætoris vindicatur, [f] & plura [g] facta intelleguntur, quemadmodum cũ plures ſerui iniuriam fecerunt, vel damnum dederunt: quia plura facta ſunt, non (vt in furto) vnum: [h] Octauenus hîc quoque [i] domino ſuccurrendum ait. [k] ſed hoc [l] poteſt dici, ſi dolo malo curauerint [m] vt ab alio album corrumperetur, [n] quia tunc vnum conſilium ſit, non plura facta. Idem Pomponius libro decimo notat. [o]

X. VLPIANVS *libro tertio ad Edictum.*

QVi iuriſdictioni præeſt: neq; ſibi ius dicere debet, neque vxori vel liberis [p] ſuis, neque libertis, vel cæteris quos B ſecum habet. [q]

Nõ debet fieri coaceruatio plurium ſummarũ ex diuerſis actionibus debitarum ad iuriſdictionẽ impediendam. Bart.

XI. GAIVS *libro primo ad Edictum Prouinciale.*

SI idem cum eodem pluribus actionib[9] [r] agat, quarum ſingularum quantitas intra iuriſdictionem iudicantis [ſ] ſit, coaceruatio verò omnium excedat modum iuriſdictionis eius: apud eum C agi poſſe, [t] Sabino, Caſſio, Proculo placuit. quæ ſententia reſcripto imperatoris Antonini cõfirmata eſt.

Petitiones mutuæ coram eodẽ iudice debent expediri. Barto.

Sed & ſi mutuæ ſunt actiones, & alter minorẽ [u] quãtitatẽ, alter maiorẽ petat: apud eundẽ iudicẽ agendũ eſt ei [x] qui quãtitatẽ minorem [y] petit: ne in poteſtate [z] caſt.

Alter alterũ in pœnis nõ liberat.

a] Optima ſolutio. Contius.

a A *Deo non ſufficiat.* Not. in pœnis vnum alterum non liberare: vt infra ne quis eum qui in ius voca. l. pe. §. fin. & l. fi. A Sed contra infra de eo per quem fac. l. j. §. ſi plures. Solu. [a] quod hic ſoluitur, pœna eſt reſpectu accipientis & dantis: vnde vni per alium non contingit liberatio: & hoc eſt generale: vt infra ad legem Aquil. item Mela, §. ſed ſi plures. & C. de condict. furt. l. j. ibi autem eſt intereſſe, quod eſt pœna reſpectu rei: quia ſibi non adeſt aliquid. ſed non actoris: quia ſibi tantundem abeſt.

SI familia.] CASVS. Serui mei albũ prętoris corruperunt: vtrum liberer præſtando. l. aureos, ſicut ſi liber homo feciſſet? Reſpond. quòd non, ſed præſtando pro quolibet ſeruo. l. aureos: licet ſi furtum feciſſet vel damnum vel iniuriam, liberer præſtando tantùm quantùm ſi vnus liber feciſſet. Sed pone, ſerui mei curauerũt album corrumpere: nunquid liberer tunc præſtando. l. aureos? Reſpon. quòd liberor præſtando. l. aureos: quia vnum eſt factum. Viuianus.

†Vide ad hanc legem Alciat. lib. 2. Parad. cap. 16.

b *Si familia.* id eſt ſi collectio ſeruorum alicuius.

c *Edicitur.* id eſt edictũ ponitur & pœna.

d *In reliquos.* id eſt nomine reliquorum. ſic & infra de ſepulc. violato, l. iij. §. pen.

e *Quia hîc.* ſ. in albo à familia corrupto.

f *Vindicatur.* no. non licere prætorem contemnere. vnde Cato: Pare [b] foro. & ad hoc j. de interro. act. de ætate, §. qui tacuit.

b] Hodie legitur Para te foro.

g *Et plura facta.* Hæc non eſt ratio, ſecũdum Azo. ſed certè imò videtur. & dic, intelliguntur, ſcilicet à iure. Accur.

h *In furto vnum.* Colligitur [c] ergo hîc quòd idem iuris eſt in damno à familia dato, & in iniuria data, quod eſt in albo, ſcilicet vt dominus nõ liberetur ſi præſtet quantum ſi liber feciſſet. ſed cõtra. j. ad le. Aquil. l. illud. Sol. iſtud intellige in eo caſu quo factum vniuſcuiuſq; per ſe diſcernitur, id eſt cũ propria voluntate vnuſquiſq; albũ corrupit, vel damnũ dedit. ibi verò cũ nõ quiſque, ſed cõmuni voluntate dãnum dederint vel iniuriam, ſecundum M. vt argu. j. quod vi aut clam, l. ſemper, §. ſi in ſepulchro. Tu dic ſecundum Ioan. ſpeciale eſſe in albo: quia cõtempta &c. & in iniuria & damno idem quod in furto: vt. l. illud. nec obſt. quemadmodum &c. quod eſt in hac lege: quia notat ſimilitudinem in hoc vt ſint plura facta, non vt ſit idem ius quod eſt in albo. Diſtinctionem M. in aliis quàm in albo intelligas. Huic quod de iniuria diximus, vt dominus tanquam pro vno teneatur, eſt contra, infra de iniur. l. ſi plures. ſed dic, ibi de rigore. Vel dic quòd diuerſorum dominorum erant ibi ſerui. ADDITIO. non debuit Accurſ. excipere iniuriam. quia idem in ea quod in albo corrupto. Cont.

c] Dic quòd iſtud notabile eſt falſum, attenta opin. Io. quã approbant hic Bar. P. Alex. & Iaſ.

i *Hic quoque.* ſcilicet in albo corrupto.

k *Ait.* vt debeat tantùm præſtare quantùm præſtaret quidam liber ſi corrupiſſet.

l *Sed hoc.* modo dicit author legis.

m *Curauerit.* ſcilicet familia.

n *Corrumperetur.* At ſi omnes corruperint, quilibet tenebitur.

o *Notat.* id eſt probat.

QVi iuriſdictioni.] CASVS. Filium poteſtatis Bonoñ. volo conuenire corã poteſtate. nũquid poſſum? Et reſpõ. ꝙ nõ: qui poteſtas non eſt idoneus iudex ſuper ſuos domeſticos. Vi.

p *Vel liberis.* imò liberis: vt. j. de iudi. l. in priuatis, quæ eſt contra. Solu. dicunt quidam, hîc in ordinario: ibi in delegato. alij, A hîc in criminalibus: [d] ibi in ciuilibus. Vel dic, [e] hîc quando agit: ibi quando conuenitur ille cui redditur ius: vt arg. j. ad Trebel. ille, §. fin. & l. ſequen. prima placet.

d] Iſta non placet; quia nimis reſtrĩgit tex. Iaſo.

e] Iſta etiã non placet, ſicut ſecundũ. Iaſ.

q *Secum habet.* quibus vt ſeruis vtitur: vt inſtit. de vſu & habit. §. item is qui. & huius legis prohibitionem accipe, niſi actio finiri ſperetur: quia tunc vſque ad litẽ conte. permittitur: vt. ſ. de offi. prę ſi. ſenatuſconſulto. quæ eſt contra [f] facit ad hanc. l. C. de excuſ. tut. & cur. l. humanitatis. & infra de iniur. l. lex Cornelia, in princi. Accurſius.

f] Solue ſecũdũ. Bart. hîc: & dic quòd vſque ad litẽ cont. poteſt eſſe iudex ſi res erat peritura vt ibi: aliàs ſecus: vt hîc.

SI idem.] CASVS. In hac. l. dicitur ꝙ defenſor habet poteſtatẽ iudicandi vſq; ad ccc. aureos. modò con uenio te corã illo defenſore ex vna parte ad. cc. in alia ad. c. item in alia ad. c. ita quòd ſi iſtę ſummę eſsẽt coadunatæ, defenſor non poſſet cognoſcere. nũquid iſte defenſor cognoſcet inter me & te? Et reſpond. quòd ſic: quia nõ coadunamus illas ſummas. Secundò dicit hæc. l. Cõueni te corã præſide ad quingenta. tu vis me reconuenire ſub defenſore al. l. nõ potes quidem: imò in vtraque erimus ſub præſide: & ipſe poterit iudicare. Dic aliter caſum, ꝙ prius egi ad. l. coram defenſore: ſed vis me recõuenire in quingenta ſub præſide: quia defenſor non potuit cognoſcere vltra. ccc. dicit ꝙ non D poteſt. Vltimò dicit. tres eramus coheredes in hereditate quæ valebat. ccc. & iudex non poterat vltra centum iudicare. nũquid iſte iudex eſſe poterit inter nos? Reſpon. quòd ſic: & ita ſuam iuriſdictionem excedit, ſecundum quorundam ſententiam.

r *Actionibus.* Secus ſi vna, licet in ea de pluribus quæratur: vt j. ea. l. §. fi. & j. de appel. l. ſi qui, §. j.

ſ *Iudicantis.* Pone exemplum in defenſore ciuitatis: qui olim vſque ad quingentos, hodie vſque ad. ccc. aureos poteſt iudicare: vt in authen. de defen. ciui. §. & iudicare, coll. iij.

t *Poſſe.* ſcilicet non facta coaceruatione. ſic & C. de dona. ſancimus, §. ſi quis autem. j. argu. contra infra de pactis, l. ſi plures, §. penult. & fin. Accurſius. ADDITIO. Solue ſecundum Bartol. quòd ibi admittitur coaceruatio in fauorem: hîc ſi admitteretur, induceret odium, & excluderet omnem iuriſdictionem iudicis.

u *Alter minorem.* quę ſcilicet clauditur iuriſdictione iudicantis.

E x *Ei.* id eſt ab eo.

y *Minorem.* ſi habes minorẽ, dic me egiſſe ſub præſide in quingentis: tu vis me reconuenire ſub defenſore in quinquaginta, nõ potes: imò in vtroque erimus ſub præſide. ſi habes maiorem, dic quòd prius egi ad quinquaginta ſub defenſore. ſed ſi vis me reconuenire ſub præſide in quingenta, non potes: imò defenſor de vtroque iudicabit: vt arg. C. de iudi. quotiens. & de ordi. iudi. l. adite. R. tamẽ dixit me egiſſe ſub defenſore in minori ſumma. vis me reconuenire ibidem in maiori: ego nolo, ſed ſub præſide eſſe volo: & dicit quòd nõ poſſum: vt C. de ſen. & inter. l. penult. & authen. & conſequenter.

z *Ne in poteſtate.* not. non debere conferri in poteſtatem aduerſarij mei id negocium quod mecum habet facere: vt infra de eo quod cer. lo. l. ij. in princip. & infra de arbi. ſi quis rem. & infra de iudi. l. ij. §. ſed & ſi agant. & C. de contrahen. empt. l. in vendentis.

Non debet aduerſarius præeſſe negocio quod ad eum ſpectat.

UNED

a *Aduerſarij mei*.id eſt reconuenientis me.
b *Poſsim*.ego primo agens,ſecundum primum caſum.Accur.
c *Si vna.familiæ erciſcundæ* .puta tres ſunt heredes æquales in hereditate valente . ccc . & iudex non poſſit vltra centum iudicare. Accurſius.
d *Adiudicari poteſt*. Not . inſpici quod euenire poteſt. ſic inſtitut . de rerum diuiſione, §. illud quæſitum. &.j̃.ad legem Falcidiã, l.in quantitate, §. magna dubitatio. & infra de ſerui.ruſti.præd.qui ſella, in principio . & infra loca . ſi quis domum, § . j. in fin.argu. contra infra qui ſatiſda.cog. l. ſciendum, §. penultimo . [a] & infra de tranſact. cum hi, in fine, & infra de in lit. iuran.l. j. [b] & infra eo. l.penulti. §. fina. & infra de pecu . l. eo tempore,j.reſpon.
e *Eorum ſententia* . ſcilicet Caſſij & Pegaſi, ſecundum Lot. & Ioã. vt ſic referatur ad proximum dictum:: vt infra de poſtu . l. j.§. deinde . & §.eum . & erit ratio , quia intendebat actor vt vel diuideretur , vel tota ſibi adiudicaretur.quidam tamen referunt ad primum,propter id quod eſt infra eo . cum quædam,§.fin.& eſt ſimile ſupra de adop.l. qui in adoptionem,in fin.ſed ſi non eſſent ſupradictæ ſententiæ contrariæ , ad totũ referrem: vt infra de lega.j.talis,§.fina.Accurſius.

a] Dic quòd ibi erat diſpoſitio de pręſenti, cuius effectus non ſuſpenditur in futuro . ideo non cõſideratur quod euenire poteſt : ſecundũ Bar.hîc.

b] Dic quòd ibi præſens ſtatus rei nõ iudicabat exigentiam de futuro: hîc ſic, ſecũdũ Bart. & eodẽ modo ſolue leges ſequẽt.alle. in contrarium.

lumnioſa aduerſarij mei [a] ſit, an apud eundem litigare poſſim. [b]

Ex pluralitate perſonarum non fit diuiſio rerũ in actione conuentarum.h.d.vſque ad finem.

Si vna actio communis ſit plurium perſonarum , veluti familiæ erciſcundæ, [c] communi diuidũdo,finium regundorũ:vtrum ſingulæ partes ſpectandæ ſunt circa iuriſdictionẽ eius qui cognoſcit? quod Ofilio & Proculo placet : quia vnuſquiſque de parte ſua litigat. an potius tota res , quia & tota res in iudiciũ venit,& vel vni adiudicari poteſt? [d] quod & Caſſio & Pegaſo placet. Et ſanè eorũ ſententia [e] probabilis eſt.

Magiſtratus municipalis nõ poteſt ad mortẽ damnare , ſed modicè caſtigare.Bart.

XII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Edictum.*

MAgiſtratibus municipalib⁹ ſupplicium [f] à ſeruo ſumere non licet:modica autem caſtigatio eis non eſt deneganda. [g]

Ille poteſt delegare,& delegatũ cogere,qui iuriſdictionem habet: item delegatio non debet fieri vt iudicetur vltima die officij.h.d.

MAgiſtratibus.] CASVS. Hac. l.dicitur quòd ſi ſeruus aliquis damnari debet ad mortem, quòd magiſtratus municipalis , id eſt qui non habet imperium merum , hunc ſeruum damnare non poteſt : ſed poteſt verberare eum , vel aliter caſtigare legitimè.
f *Supplicium*.id eſt ſeruum vltimo ſupplicio afficere non licet. nam vltimum ſupplicium,&c.vt infra de pœn.l.vltimum.
g *Deneganda*.etiam in libero.& hæc coërcitio dicitur , ſine qua iuriſdictio eſſe non poteſt:vt ſupra titu.ij.l.fina.§.fina. [c] &in authen.de defen.ci.§.audient quoque.

c] Dic quòd ibi loquitur de alia coercitione quàm hic. Bartol. Alex.& Iaſo.

EVm.] CASVS. Hîc dicit,quòd ille qui delegat , debet eſſe ordinarius iudex.Secũdò dicit:pone, Iudex erat cuius tempus finiebatur biennio vel triennio : non poteſt iſte iubere aliquem iudicare eo die quo amplius non erit iudex.
h *Magiſtratum* . ſcilicet ordinarium . Et not . duo eſſe neceſſaria vt delegatio teneat : & tria vt poſſit iubere iudicare. primum , vt ſit ordinarius delegans . nam delegatus non delegat : vt ſupra eodem,more . item vt eius cauſæ quam delegat,ſit ordinarius : vt ſupra titu.ij. & ſi prætor . & C. qui pro ſua iuriſdictio.l.j.item tertium,vt poſſit iubere,ſcilicet quòd ille cui delegatur,ſit de iuriſdictione ſua:ad inſtar tutoris dati : vt infra de tu.& cu.da.ab his,l.ius dandi,in fin.& ſic poterit iubere:vt C.de aduo.diuer.iu.ſancimus.j.§.nulla.ibi,præter arbitrium &c. & in authent.de defen.ciui.§.ſi verò.ſi autem eſt extra iuriſdictionem delegantis , delegatus non poteſt iuberi vt iudicet : licet teneat delegatio:vt infra eod.l.fina.ſic & infra de arbit. non diſtinguemus,§.ſacerdotio.Accurſius.
i *Iudicare iubere*.puta erat iudex cuius tẽpus limitabatur biennio:nõ poteſt iubere aliquem debere iudicare vlteriori die , puta per triennium,vel ſimile:vt argu.j̃.de pœ.l.fi.in princ.&.j̃.de vulga.& pupil.ſubſti.l.in pupillari . & ſecundum hoc duo ablatiui caſus præcedentes , ſcilicet eo die, primum determinant infinitiuum , iudicare . & ſic eſt contra infra de iudic . l. venditor . § . fina . Solu . ſecundum quoſdam non mandat vt finito
A officio fiat , vt hîc : ſed primum mandatũ ſi fuerit poſtea executum , tenet : vt ibi . Vel verius dic , ibi cœperat cognoſcere durante primo magiſtratu : & ideo cogitur etiam poſtea à ſucceſſore illius qui delegauit . Alij ſic ponunt hunc caſum, quòd vltima die ſui regiminis non poteſt iubere etiam vt eadem die iudicet : quod eſt falſum,cum [d] ipſe poſſit iudicare:vt.ſ.de offic.proconſu. l. meminiſſe, quæ eſt contra. præterea nec forte eadem die ſunt priuati futuri, cum vſque ad aduentum ſucceſſoris debeant durare: vt dicta.l. dicitur, & ſupra de officio præſid.ſi fortè. Tamen ipſi reſpondent, non poteſt iubere vt neceſſitatem imponat . ſi tamen fuerit ei paritum ante aduẽtum ſucceſſoris, tenet. Vel dicunt quòd quo ad alia durat eius imperium : non quo ad delegationẽ . Vel non habet abſurdum eum poſſe iudicare , alij tamen non delegare. nã & hoc euenit aliàs : vt in mero & mixto imperio . Hodie tamẽ videtur ſecundum Ioan. quòd ꝑ duos dies ante aduentum ſucceſſoris deponat imperium: vt in authent . de adminiſtratoribus,collatio.ſeptima,§.finali. & infra de fer . l. pridie. ſed ibi ſucceſſor venerat.Accurſius.

d] Immo rerum.Alex. & Iaſo.

†Sic Flor. & manuſ.ſunt qui putent, legendum conſul procurator, vt ſubaudiatur Cæſaris.ſed & Goueanus legendum putat Proprætor. Ego de lectione certa & recepta nihil cenſeo mutandum. Contius.

* Quidam etiam legẽdum putat. in pręſentẽ arg.l.18.j̃.eo. ego nihil muto. Cont.

XIII. IDEM *libro quinquageſimoprimo ad Sabinum.*

EVm qui iudicare iubet, magiſtratum [h] eſſe oportet. Magiſtratus autem , vel is qui in poteſtate aliqua ſit,vt puta proconſul, † vel prætor,vel alij , qui prouincias regunt, iudicare iubere [i] eo die quo priuati futuri eſſent,nõ
B poſſunt.

Iudex maior poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni minoris,vel æqualis.Bartolus.

XIIII. IDEM *libro trigenſimononо ad Edictum.*

EST receptum , eóque iure vtimur,vt ſi quis maior [k] vel æqualis ſubiiciat ſe iuriſdictioni alterius : poſſit ei & aduerſus eum ius dici. [l]

Iuriſdictio ſine conſenſu non prorogatur : & ille errat qui non
C conſentit.ergo quia errat,iuriſdictionem non prorogat.Bart.

XV. IDEM *libro ſecundo de omnibus tribunalibus.*

SI per errorem alius pro alio [m] prętor fuerit aditus:nihil [n] valebit quod actũ eſt.Nec enim ferẽ dus eſt qui dicat cõſenſiſſe eos in præſidẽ: * cũ(vt Iulian⁹ ſcribit)nõ conſentiant,qui errent. [o] quid enim tam contrarium [p] conſenſui

EST.] CASVS. Poteſtas Bonoñ . compromiſit ſub domino Azone:quia cũ ille nobilis haberet cauſam cum epiſcopo,
D vel poteſtate : dicit epiſcopus,vel poteſtas : coram quocunque conuenias me, tibi reſpondebo . & ita ſubiecit ſe epiſcopus vel poteſtas iuriſdictioni domini Azonis cum quocunque alio nobili. nunquid valet?Et reſpondetur quòd ſic: & poterit cõdemnare vel abſoluere,id eſt, dominus Azo poterit ita dicere , condemno ſiue abſoluo te poteſtatem vel epiſcopum.Vel aliter dicas caſum vt quia poteſtas agat coram domino Azone , poterit ille conueniri ſub domino Azone.
k *Maior*.quàm ille cuius iuriſdictioni ſe ſupponat.ergo & imperator ſi habeat litem cum aliqua vniuerſitate,vel homine priuato.Argu.tamen contra C. de libe.cau. cum affirmes. &.l.poſt certi. [e] & accipe hanc.l.in iuriſdictione contentioſa,non voluntaria:vt infra de manu.vin.l.apud.ſecunda.§.apud.& C.de emãci.l.finali.Accurſius.
l *Ius dici*.id eſt ſentẽtia.vel dic,id eſt actio moueri. nam ſi agat, poterit ibi reconueniri:vt C.de ſen.l.penulti.

e] Sol. & dic quòd hic ꝑ conſenſum fingitur tolli maioritas quæ erat cauſa impedimẽti: ſed ibi ꝑ pactũ dominiũ nõ tollitur,ſecũdũ Bart.

E SI per errorem.] CASVS. Elegimus prætorem vrbanum pro peregrino,cum in ciuitate Romana eſſemus,& per errorem. vtrum valeat talis conſenſus?Reſpon.quòd non.
m *Alius pro alio*.puta vrbanus pro peregrino.
n *Nihil*.quandoque tamen error facit ius , ſi eſt communis : vt infra de ſupel.leg.l.iij.in fi.& ſupra de offic. præto. l. Barbarius.
o *Qui errent*. ſcilicet in facto . ſecus ſi in iure , ſecundum Guliel . vt infra de confeſſ . l . ij . imò ſecundum nos idem & ſi in iure . ibi autem in iudicio litis conteſta . & in iure fuit erratum,hic verò in iudicio . ſed in principio ante litis conteſta . vt hîc,circa iuriſdictionem fuit error:ibi in alio , ſcilicet de quo erat iudicium.Accurſius.
p *Tam contrarium* . hyperbolicè loquitur . nam metus magis contrarius eſt : vt infra quod metus cauſa, l.j.dic ergo, non facilè . & ſic infra de dolo,l.ſed ſi ex dolo, §. ſed an . ſequitur ergo quòd ſententia non valet, quaſi à non ſuo iudice dicta : vt C.ſi

eſt, quàm error, [a] qui imperitiam detegit? [b]

XVI. IDEM *libro tertio de omnibus tribunalibus.*

SOlet prætor iuriſdictionem mandare: & aut omnem [c] mandat, aut ſpeciem vnam. [d] & is [e] cui mandata iuriſdictio eſt, fungetur vice eius qui mandauit, non ſua. [f]

B

XVII. IDEM *libro primo Opinionum.*

PRætor ſicut vniuerſam iuriſdictionem mandare alij poteſt, ita & in perſonas certas, [g] vel de vna ſpecie [h] poteſt: maximè cum iuſtam cauſam [i] ſuſceptæ ante magiſtratum aduocationis alterius partis habuerat.

Pacto de litigando coram iudice non ſuo, quis ſtare non cogitur.

XVIII. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum.*

SI conuenerit vt alius prætor, quàm cuius iuriſdictio [k] eſſet, ius diceret: & priuſquam adiretur, [l] mutata voluntas fuerit: proculdubio nemo compelletur eiuſmodi conuentioni ſtare. [m]

Mutatio fori poſt ſententiam, vel litis conteſta, prioris iudicis iuriſdictionem non impedit.

XIX. VLPIANVS *libro ſexto fideicommiſſorum.*

CVm quædam puella apud competentem iudicem litem ſuſceperat, deinde condemnata erat, poſteaque ad viri matrimonium alij iuriſdictioni ſubiecti peruenerat: [n] quærebatur, an prioris iudicis ſententia exequi [o] poſſit. dixi poſſe, quia antè fuerat ſententia dicta. Sed & ſi poſt ſuſceptam cognitionem,

C ante ſententiam hoc eueniet, [p] idem putarem: ſententiáque à priore iudice rectè fertur. Quod

C.ſi à non compe.iudi.l.j.&.ij.

a *Error*. Not. errantem non conſentire. ſic infra de adqui.re.do. ſi procurator. Argu. contra infra de iniu. eum qui, §. ſi iniuria. & infra ad.l.Fal.l.j.§.ſi legatarius. ADDITIO. Tu dicas ſecundum Bart. hîc quòd ibi conſenſit in ſoluendo, licet errauerit in quantitate patrimonij. & ſic error impedit etiã cõſenſum circa id in quo erratur, non circa id in quo conſentit, vt in contrario. ita loquitur totus titul. de condict. inde. vbi erratur in cauſa ſolutionis, non in ſoluendo.

b *Detegit*. i. diſcooperit. Et not. quòd Guil. hîc tria dicit, & malè quodlibet. primò diſtinxit inter errorẽ facti: vt ille & ante lit. cõteſt. & poſt noceat. & iuris, vt ille ante lit. conteſt. noceat, poſtea non. error facti eſt, ſi credo prætorem vrbanum peregrinum: vel econtra. Error iuris, ſi credo vrbanum poſſe cognoſcere de cauſis peregrinorũ. Item ſecundo diſtinxit in facti errore. ſi errauit actor, & tunc non noceat. an reus, & tunc noceat: quia forum ex eius perſona metitur: vt. C. eo. iuris. tertiùm dixit, ex tali conſenſu, ſi non erramus, etiã ſine cõteſtatione dari ei iuriſdictionem ſola additione, vel libello poſtea dato: vt infra eodem, ſi conuenerit. primum reprobo duabus rationibus. nam inter errores non eſt diſtinguendum: vt infra de iudi.l.ij. vbi de vtroque errore dicit: & vtrumque dicit iudicium impedire. item alia ratione, quia hîc dicit imperitiam, quæ ad ius refertur. Item ſecundum reprobo aliis duabus rationibus: quia non debet claudicare iudicium, vt aliud vni, aliud alij liceat: vt infra de arbi. l. litigatores, §. item Iulianus. Item quia lex Iulia iudiciorum dicit: ſi quid eſt quo minus conueniat inter priuatos, non eſt iuriſdictio: vt infra de iudi.l.ij.§.j. Item tertium improbo, quia demum lite conteſt. confertur in eum iuriſdictio: vt infra ſolu.ma. ſi cum dotem, §. eo autem tempore. & infra eodem, ſi conuenerit. Accurſius.

D

S*olet*.] CASVS. Iudex poteſt totam iuriſdictionem ſuam alij demandare, & etiam partem: & aliam partem retinere: nec deſinit eſſe iudex cum totam mãdat. Idem dicit lex ſequens: quia dicit quòd vniuerſitatem cauſarum poteſt delegare: & inter perſonas extraneas. adiungit tamen & dicit, quòd ſi ſim in aliqua ciuitate aduocatus, & poſtea factus prætor, quòd potero illam cauſam delegare alij in qua poſtulaui. Viuianus.

c *Omnem*. hac generali demandatione continetur ea quæ competit iure magiſtratus, non quæ ineſt mero imperio, vel mixto, quod ſpecialiter delegaturus non eſſet: vt argu. infra de pig.l. obligatione. ſed cum omnem mandat iuriſdictionem, ergo & iudicis dandi licentiam: vt ſupra eodem, l. imperium, §. fin. ergo demandare cauſam vnam poterit, & in eo caſu loquitur lex infra quis & à quo ap.l.j. in fin. ſed non omnes. vbi autem vna ſpecies demandatur, non poteſt delegari: quia non iuriſdictio, ſed ſpecies iuriſdictionis eſt delegata, ſecundum Io.

E

d *Speciem vnam*. id eſt vnam vniuerſitatem cauſarum in aliqua villa vel caſtro, ſibi in aliis locis ſeruata. ſed ſupra omnem mandauit. & hic non delegat, ſecundum eos: [a] vt argu. infra de adminiſt. tut. ſi duo. in fi. ſed ſuperior ſic. vel dic, ſpeciem, id eſt vnicam cauſam.

a] Contrarium tenet Bar. & Alex. hic per. l.1.§. fi.j. quis & à quo ap.

e *Et is*. aliàs. nam & is. bona ratio. videbatur enim non valere mandatum omnis iuriſdictionis: vt. s̃. de offi. præſi. l. pe. ſed certè valet, quia non prorſus amittit qui delegat. & hoc eſt, nam, &c.

f *Non ſua*. Ex hoc quidam dicunt delegatum iuriſdictionem non habere, & ex eo quod eſt infra de re iudi. l. ait prætor. ſed dic, non habet ordinariam: habet tamen delegatam: vt ſupra eodem, l. more &. s̃. titu. ij. l. j. in fine. nec ob. dicta lex, quia ibi propter arbitrium compromiſſarium dicit.

A

g P* rætor. Perſonas certas*. vt inter pauperes, vel pupillos. Accurſius.

h *Specie*. inter Lucium & Titium.

i *Cum iuſtam cauſam*. & neceſſariam hodie. licèt hîc excuſatiuè proponat: vt. C. de adſeſſ. l. fin. in fin. & quia cordi nobis eſt lites ſine ſuſpicione procedere: vt. C. de iudi. l. apertiſſimi, §. licet.

S*I conuenerit*.] CASVS. Ego & Titius conſenſimus in poteſtatẽ Mutineñ. cum eſſemus Bononiæ. poſtea patuit me vel ambos cõſenſiſſe in iudicẽ Mutiñ. nunquid poſſum reſilire? Et reſpõ. quòd poſſum, nec compellar illi cõuentioni ſtare, id eſt non compellemur coram eo litigare. Viuianus.

k *Iuriſdictio*. hoc tollit contrarium.

l *Adiretur*. id eſt repręſentaremus nos, ſecundum Gulielmum, ſed ſecundum nos vſq; ad litem cõteſta. vt infra ſolut. ma. l. ſi cum, §. eo autem tempore.

m *Stare*. imo compelli videtur: vt. C. de pactis. l. ſi quis in cõſcribendo. quæ eſt contra. Sed ibi in ſcriptis pepigerunt, hîc ſine ſcriptis. hoc non valet: vt. C. de pactis, l. pactum. Alij, illud in reo: hoc in actore. hoc non valet: vt infra de regulis iuris, l. non debet actori. dic ergo, hîc fuit pactum quòd fieret iudex qui non erat: quod erat graue. ibi autem vt non eſſet qui erat: quod erat leuius: vt in ſcholaribus patet, qui plures habent iudices: & vni eorum renunciare poſſunt: & vt ſub præſide ſint, conſentire: quia & eorum iudex ipſe eſt: vt in authent. de ſan. epiſ. §. ſi quis autem pro pecuniaria, colla. ix. & in proœmio Digeſtorum in fin. Accurſius.

Scholares plures habẽt iudices.

C*Vm quædam*.] CASVS. Adultam quandam Bononiẽſis conuenit Bononiæ: quia Bononienſis erat. lite conteſtata Bononiæ tandem condemnata fuit illa puella: & ante executionem maritauit ſe cuidam de ciuitate Mutinæ. nunquid poterit iudex Bononieñ. mandare ſententiam executioni? & reſpondetur quòd ſic. Sed pone quòd lite conteſta. ſe maritauit, ante ſententiam tamen: nunquid iudex Bononieñ. poterit dare ſententiam nihilo minus? Reſpondetur quòd ſic poterit iudex Bononieñ. dare ſententiam. Vltimò dicit, pone: petit à me Titius trecenta coram iudice qui non poterat cognoſcere vltra ſummam centum aureorum. nolebam reſpondere coram eo. Titius volebat quòd coram eo iudice reſpõderem, eo prętextu quòd ſi plenè non probaret, quòd iudex condemnaret me in ſumma conſiſtente ſecundũ ſuam iuriſdictionem. an ſit conſiderandum quod Titius petit in libello petitorio: an in quo condemnare poteſt? Et reſpondetur quòd illud quod in libello comprehenditur, & non id in quo iudex condemnare poteſt. Vel pone: Titius petit quantitatem trecentorum excedentem ſub defenſore. quæritur an inſpiciendum ſit quantùm petit, vt ſic coram præſide litigetur: an quantùm debeatur oppoſita exceptione de parte indebita: vt ſic coram defenſore agatur? Reſpondetur quòd petitur & inſpicitur. vel pone ſic caſum: Cõueniſti me coram iudice ad c. qui iudex vltra centum cognoſcere non potuit. volebam examen illius effugere, quia illa cauſa creſcere poteſt propter expẽſas faciendas in lite: & ita iuriſdictionem illius excedet. vnde volo adire iudicem alium: nunquid poſſum, quęritur. Et reſpondetur quòd non: quia iſta conſideranda non ſunt.

n *Peruenerit*. & ſic domicilium mutauit: vt infra de iudi. l. exigere. & infra ad munici. l. finali, §. ij. ſed concubina domicilium non mutat. infra ad municip. l. de iure, §. finali. Accurſius.

o *Exequi*. paſſiuè, id eſt an debeat per eundem iudicem mandari executioni.

p *Hoc eueniret*. ſcilicet quòd modo prædicto mutet domiciliũ. quid ſi ante ductionem? Reſpon. vt not. j̃. ad municip. l. ea quæ.

UNED

a *Quod generaliter.* ſcilicet vbicunque accepto iudicio mutatur forum, ibi finiatur vbi eſt inceptũ : vt.ff.de iudi.l.ſi quis poſtea. A &.l.vbi. & facit.ff.de excu.tuto.& curato.tutor petitus.j. reſpõ. & in auth.vt fac.nouæ conſtit.§.prouinciarũ,in fi.ibi, erit namque,&c.item ibidem executioni mandatur,vt hîc.ſed ſi non habet ibi de bonis, iubet eum loci vbi ſunt,executioni mãdat ad literas primi iudicis : vt infra de bon. aucto . iudi. poſſiden. l. cum vnus, §. penultimo.Accur.

b *Debeatur.* ſic ergo eſt in actoris optione. ſed ſi dolo faciat, ad oẽs expenſas tenetur:vt in authẽ. de defen.ciui.§. & iudicare. itẽ not.hîc non inſpici quod euenire potuerit. Arg.cõtra ſupra eod. ſi idẽ, in fine.& ſupra de officio præſidis.ſed licet. Acc. ADDIT. Dic quòd hîc hoc propterea contingit, quia attento ſtatu præſenti,res nõ ordinatur ad euẽtum futurũ. Bartol. Alexander, & Iaſon in.d.l.ſi idem.

generaliter a & in omnibus huiuſcemodi caſibus obſeruandum eſt.

Quæſtio iuriſdictionis expeditur ſecũdum formam libelli, non ſecundum id quod debetur.

Quotiens [de] quantitate ad iuriſdictionẽ pertinẽte quæritur: ſemper quantùm petatur quærẽdum eſt,nõ quantùm debeatur. b B

XX. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

Extra † territorium c ius dicenti impune non paretur. d idem eſt & ſi ſupra e iuriſdictionem ſuam velit ius dicere.

QVOD QVISQVE IVris in alterum ſtatuerit, * vt ipſe eodem iure vtatur.

TITVLVS II.

Magiſtratus qui ius iniquũ contra aliquem ſtatuit, & etiã priuatus qui illud ad ſui vtilitatẽ ſtatui fecit,coguntur aduerſario poſtulante vti eodem iure. hoc dicit vſque ad §.hæc autem verba. Bart.

I. VLPIANVS *libro tertio ad Edictum.*

Hoc edictum f ſummam g habet æquitatem, † & ſine cuiuſquã indignatione iuſta.Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici quod ipſe aliis dixit, h vel dici effecit? i *Qui magiſtratũ* k *poteſtatẽm ve habebit,ſi quid in aliquẽ noui iuris* l *ſtatuerit, m ipſe quandoque aduerſario* n *poſtulante eodem iure vti debet.Si quis* o *apud eum qui magiſtratum poteſtatẽmque habebit, aliquid noui iuris obtinuerit:* p *quandoque poſtea aduerſario eius poſtulãte,* C

*Pertinet hoc caput ad tit.s. ſi quis ius dicenti nõ obtemp. vt demõſtrat inſcriptio. Cont.

*Ad hunc titulũ pertinent inſignia exempla. Valer. Max.lib.8. cap.6.

Xtra.] CASVS. Poteſtas Bonon̄. citauit quẽdã Imolen̄. nunquid cogitur ille Imolen̄.huc venire?Et reſpondetur ꝙ non: quia poteſtas Bonon̄.nõ põt cognoſcere inter nõ ſuos ſubditos.

c *Extra territorium.* dic quid ſit, vt infra de verborum ſignificatione.l.pupilli.§.territorium. a

d *Non paretur.* ſiue dicas inter non ſuos ſubditos, ſiue inter ſuos ſubditos:de poſſeſſionibus tamẽ quæ ſunt in alterius territorio, in quibus vult facere executionẽ:vt.ff.de bo.auctor.iu.poſ.cum vnus,§.pen.ſiue etiã inter ſuos, & de rebus intra territoriũ : ipſe tamẽ eſt extra territoriũ quando iudicat:vt.s.de officio præfecti vrbi, l. finali. & hoc in contentioſa iuriſdictione.in voluntaria ſecus,vt.s.de adopt.emancipari,§.j.&.s.de officio procon.l.ij.

e *Supra.* niſi partes prorogent iuriſdictionem : vt.ff.de iudi.l.de qua re, §.j. Sed quid ſi vltra iudicauit? Reſpon. nil valere : vt b infra familiæ erciſcun. in hoc iudicio. Argu.contra , vt vtile per inutile non vitietur : vt.C. de ap.l. ampliorem, §. fina. &.C.de don.l.ſancimus, c in gloſ.ſuperfluum.& facit.C.ſi à non compe. iudi.l.fina.& ſupra de officio præſi.l.iij. D

a] Ibi deducitur a terrendo id eſt ſubmouendo. auctores limitum agrorum deducũt à terrendo hoſte. Seruius in j. AEneid. quaſi teribouium .i. tritũ ſeu aratum bobus & aratro. Contius.

b] Et hoc quando non continet capitula diſtincta:aliàs bene poſſet valere ꝓ parte, & pro parte non.Bart.Ale.& Iaſon.

c] Tu dic quòd ibi loquitur in his quæ ſunt diuidua: hic in indiuiduis. Bart.

Tota hæc caſus poſitio mera nugatio eſt,nec cõgruit ſententiæ edicti aut ti.uli.

QVOD QVISQVE IVRIS, &c.

Superiore titulo datũ eſt de iuriſdictione edictũ vnum aduerſus eos data populari actione qui id quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitũ eſt corruperunt. Hoc titulo datur alterũ aduerſus eos qui in magiſtratu ius dixerunt iniurioſe,vt eodẽ priuati iure vtantur,vt ſi præſcriptionẽ iuſtam poſtulanti non dederint, ne dabitur etiã eis, ſed nõ habita ratione præſcriptionis creditoribus ſuis ſi hoc deſiderauerint ſatisfacere compellentur. Eadem æquitas eſt in eo qui hoc idem poſtulauerit & impetrauerit ne debitores aduerſus eum præſcriptione vterentur. Ius nouum, ius iniquum dicitur hoc titulo quod non eſt omnino æquum , ſed tamen æquum eſt hac ratione quod id eſſe æquum magiſtratus exiſtimauerit. Cuiac.

Hoc edictum.] CASVS. Primò Vlpianus cõmendat edictum prætoris : quia non debet quis moleſte ferre ſi id ſtatuatur circa ſe quod ipſe ſtatuit, vel ſtatui fecerit. Secundò dicitur ꝙ hoc edictũ tria habet capita. Primũ eſt,ſi poteſtas Bononienſis iniquum ſtatuit, puta ꝙ debitores non teneantur ſuis creditoribus aliquo modo ſoluere : dicitur hic ꝙ debitor poteſtatis contra poteſtatẽ eodẽ iure vtetur, vt non ſoluat poteſtati. Secundũ caput eſt de illo qui ius iniquũ impetrauit : puta cum ipſe debitor impetrauit ne ipſe ſuo creditori teneretur ſoluere vſq; ad quinq; annos , vel nullo modo teneretur creditori ſuo : ſi iſte impetrãs habet debitores, illi vtentur eodem iure aduerſus iſtum impetrantem. vnde põne quòd poteſtas volebat ſtatuere ius iniquum , ſcilicet vt debitor nõ teneatur ſoluere creditoribus ſuis vſq; ad quinq; annos. non potuit hoc facere:quia fuit impeditus. non tenetur quidẽ poteſtas eodẽ iure.Item dicit quòd poteſtas Bononienſis voluit ſtatuere vt nullus debitor de ciuitate Mutinen̄. & ſic inter non ſubditos, vſque ad quinq; annos teneatur : & ideò non valuit decretum. nunquid poteſtas vtetur eodẽ iure? Et reſpon. quòd non. Viuia.

f *Hoc edictum.* quod eſt.ff.eo.,§.j.&.ij. & loquitur hîc Vlpianus.

g *Summam.* quia nititur lege diuina : vt quod tibi non vis fieri, alij ne feceris : vt in decretis diſtinctio.j.can.j. & Cato : Patere legem quam ipſe tuleris.

h *Alius dixit.* cum eſſet magiſtratus.

i *Dici effecit.* cum eſſet litigator.

k *Qui magiſtratum.* Per hunc intellige municipalem:per poteſtatem eum qui habet merum imperium : vt.s. titu.j. l. imperiũ. quales ſunt regẽtes prouincias,vel clariſſimi & ſuperiores : vt ſupra de officio præſ.l. illicitas, §. qui vniuerſas. poteſt enim quilibet magiſtrat9 legem condere, non generalem , ſed ſpecialẽ: vt.C. de long. conſue. l.j.& inſtit. de iure naturali, §. ſed ius. præterea cum ipſi faciant, ipſe princeps facere videtur : vt. C.de ve.iur. enu.l.j. in princ. tertiæ col. & ſic nõ ob.quod hîc obiicitur,quòd ſoli principi liceat facere legem : quia verum eſt generale : vt.C.de leg. & conſti.l.j.&.l.fi.vel ſecundũ alios loquitur hîc ſecũdum antiqua tẽpora antequã omne ius eſſet à populo trãſlatũ in principẽ.

Legẽ facit quilibet magiſtratus.

†Et antiquã ratione talionis quam ſua lege Moſes & Rhadamantus introduxere.auctor Ariſt.5.Ethic. Contius.

*i.iniqui ſic Tiberium callidum & noui iuris repertorem fuiſſe ait. Corn.Tacit. lib.1. Annal. & ff.l.3. Vlpianus pro nouo,dixit iniquum.

l *Noui iuris.* quod ſcit eſſe nouũ,& ita facit dolo.aliàs cum magiſtratus non ſit iure peritus,non tenetur : vt.ff.l.ij. Et eſt exemplum ne Titius à creditoribus ſuis cõueniatur vſq; ad diem illũ: quod tamẽ præceptũ vltra tẽpus ſui magiſtratus non durat:vt.ff. de pœ.l.fin.&.ff.qui ex cau.ma.l.ſed & ſi per prætorem, §.ait.vel ſic, habito tractatu omniũ procerũ de ciuitate illa, conſtituit vt nullus debitor ante tale tẽpus cõueniatur à creditoribus ſuis : & ſic voluit eſſe ius cõmune in perſonis omniũ. Sed ſi populus ratum habuit tale ius nouũ,nonne quilibet de populo neceſſe habet vti eodẽ iure, vt in procuratore dicitur:vt.ff.eo.l.iij.§.ſi procurator? Reſpon.licet populus faciat, non tamẽ quilibet homo de populo d ſingulariter poterit conueniri eodẽ iure : vt.ff.de in ius voc.l.ſed & ſi hac,§.qui manumittitur. Quid ergo ſi cognoſcendo in cauſa vna ſententiã interlocutoriã dolo ferat? puto ꝙ habeat locum hoc edictũ,argu.huius.l.in fin.vbi ſententiæ facit mentionẽ:&.ff.eo.l.iij.§.ſi is.& quod in ſententia dixit,intellige in ſententia lata cõtra legẽ vel cõtra ius litigatoris, non expreſſo errore in ſẽtẽtia.aliàs nõ teneret ipſo iure : vt.C.quãdo prouoca.non eſt neceſſ.l.ij.itẽ hîc in interlocutoria. Quid autẽ in definitiua? dicunt quidam quòd non idem,quaſi ſit ei imputandum quòd non appellauerit. tu dic contra. quia cauſa ſubeſſe potuit: vt infra man.l.ſi procuratorem, §.ſi ignorantes. Item not.ex eo quod dicit noui. nam per hoc colligitur quòd ſi quid eſt factum contra legem , conſuetudine tamen roboratum, non pertinebit ad hoc edictum : quia tunc dicitur inueteratum:vt ſupra de leg. & ſenatuſcon. de quibus. Sic eſt ergo nouum , quod non eſt de iure ſcriptum,nec conſuetudine roboratum.Accurſius.

d] Sed bene conſiliarij & ꝓceres Bar. Ale.& Iaſo.

Ius nouum.

m *Statuerit.* ita quòd teneat : vt arg. infra in fi.ſiue vſus eſt quis, ſiue non : vt infra.l.iij.§.finali.Accurſius.

E n *Aduerſario.* ſcilicet illo contra quem ipſe ſtatuit , quando ius ſingulariter iniquum conſtituit:vel quocunque,quando vt eſſet commune ius iniquum fecit:vt.ff.eod.l.iij.§.hæc pœna. ADDI. hæc interpretatio rectior eſt. Cont.

o *Si quis.* duo capita habet hoc edictum.primum fuit in conſtituente ius iniquum. ſecundum in eo qui facit conſtitui, ſiue adſeſſor,ſiue ligator : vt.ff.l.ij.ſed & contra alios : vt,ff.eod.l.iij.§.ſi procurator. &.§.ſi tamen. &.§.ſi is. &.§.ſi filius.&.§.quod autẽ. Sed nunquid in impetrante ſicut in conſtituente diſtinguitur, impetrauerit dolo,vel non:vt.ff.eo.l.ij? Reſpon.non, duplici ratione,prima, quia ad impetrantem aliquid peruenit ſemper: ad iudicẽ nõ ſic.item quia hæc litera.ff.dicit credidiſſe, quod innuit vt etiam ſi ſine dolo impetrauit,teneatur.item & hîc põne quæſtionem quæ eſt infra.l.proxi.Accurſius.

p *Obtinuerit.* dilatorium,vel etiam peremptorium. quòd dic vt infra eodem.l.iij.§.ſi is.

Decernetur.

eodem iure aduerſus eum decernetur: a *ſcilicet* * *vt quod ipſe quis in alterius perſona æquum eſſe credidiſſet,* b *id in ipſius quoque perſona valere patiatur.*

Si non habet effectum ſtatutũ noui iuris, nõ habet locum retorcutio ex hoc edicto. Bar.

Hæc autem verba, c *Quod ſtatuerit qui iuriſdictioni præeſt*: cũ effectu accipimus, nõ verbo tenus: & ideo ſi cum vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec effectũ decretum habuit: ceſſat edictum. Nam *ſtatuit* verbum, rem perfectam ſignificat, & conſummatam iniuriam, non cœptam. Et ideo ſi inter eos quis dixerit ius, inter quos iuriſdictionem non habuit: quoniã pro nullo hoc habetur, nec eſt vlla ſententia, ceſſare edictum putamus. d quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectũ?

Imperitia adſeſſoris excuſat magiſtratũ, nõ ipſum adſeſſorẽ. Bar.

II. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

HOc edicto dolus debet ius dicentis puniri. nam ſi adſeſſoris imprudentia ius aliter dictũ ſit, q̃ oportuit: nõ debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi adſeſſori. e

Contra impetrãtem ius iniquũ fit retorcutio, etiam ſi illo non ſit vſus. ſed contra eum qui non impetrauit, ſed proprio motu ſuperioris obtinuit, non fit retorcutio, etiam ſi illo ſit vſus. Bart.

III. VLPIANVS *libro tertio ad Edictum.*

SI quis iniquum ad edictum * ius aduerſus aliquem impetrauit: eo iure vtatur ita demũ, ſi per poſtulationem eius hoc venerit. cęterum ſi ipſo nõ poſtulante, nõ coërcetur. f Sed & ſi impetrauit, ſiue vſus eſt iure aliquo, ſiue impetrauit vt vteretur, licet vſus nõ ſit, g † hoc edicto punitur.

Ex impetratione procuratoris habentis ſpeciale mandatum, vel ratihabitione ſecuta, coërcetur domin*: ſecus ſi habeat generale: vel ſi in rẽ ſuã: tunc coërcetur procurator, tutor verò ſemper. Barto.

Si procurator meus poſtulauit, quæritur quis eodem iure vtatur. & putat Pomponius

a *Decernetur*. imò non videtur in eum retorqueri: vt ſupra de legi. & ſenatuſcon. l. nulla. & C. de legib. & conſti. princi. l. quod fauore. & inſtit. de iure na. §. plane. quæ ſunt contra. ſed diſtingue an ad ſui poſtulationem, vt hîc: an non fuerit indultum, vt ibi: & vt infra eod. l. iij. j. reſpon.

b *Credidiſſet*. no. quòd debet cuiq; in ſua perſona placere quod placuit in aliena: vt infra man. ſi negocia. in fin. & C. de rebus credi. l. pe. §. ſed iuramẽto. ibi, quis enim ferẽdus eſt. & infra de iureiu. l. iuſiurandum. iiij. §. datur autem. & l. ſi duo, §. ſi quis iurauerit. & §. ſequen.

c *Hæc autem verba*. loquitur Vlpianus.

d *Putamus*. Not. non nocere conatum, niſi ſequatur effect*. ſic infra de re iudic. l. ſi ſe, §. cõdemnatum, in gl. & infra ne quis eum qui in ius vo. l. pe. in. §. docere. ſed contra, C. de reſcin. vẽ. ratas. vbi dicit impetrantem reſcriptum eadẽ lege cõuenire: & tamen erat tale reſcriptum quod ius alterius totum conſumebat: ideoque non valebat: vt C. de preci. impe. offe. quotiẽs. ſed dic quòd ibi non fuit reſcriptum, ſed poſito illo falſo ſequitur illud abſurdum. Alij dicunt hoc ſpeciale. ſ. quia inter non ſubditos iudicauit. Item contra arg. prædictæ notulæ. j. de extraor. cri. l. fi. in prin. & C. ſi quacunq; prædi. po. l. j. in prin. ſed ibi propter enormitatem criminum. Item contra argu. C. de fur. l. ſi quis. ſed illud ideo, quia tale delictũ de leui poterat trahi in exemplum. Item arg. contra. j. de calum. l. & generaliter, §. ſi igitur. ſed ibi ad eum aliquid peruenit, quare tenetur.

H*Oc edicto.*] CASVS. Si poteſtas inſtituat ius iniquum: ita demum tenetur poteſtas, ſi dolo faciat. alioquin tenentur adſeſſores, qui vt ſtatueretur conſilium dederunt. & ita eodem iure debent vti ſi per imperitiam faciant.

e *Adſeſſori*. cur hoc tam variè, quòd magiſtratus de ſolo dolo teneatur, ſed adſeſſor de imperitia? Reſpon. quia adſeſſor non conſueuit eligi niſi propter peritiam: vt C. de adſeſſ. l. j. cum ergo ipſe conſenſerit electioni de ſe factæ. vt ſit adſeſſor: videtur affirmare ſe ſapientem. & inde eſt quòd ſua tacita adſeueratio ſibi præiudicat[a] propter imperitiam: vt infra de actio. empt. l. Iulianus, §. quod autem, verſi. quid tam. ſic & in medico: vt. s. de offic. præſi. illicitas, §. ſicuti. Magiſtratus verò etiam imperiti literarum, & bene experti negociorum, ſæpiſſimè eliguntur, & etiam inuiti ſubeunt alia munera, vnde non debet eis iuris imperitia adſcribi: cum nec ob hanc cauſam electi fuerint. Quidam tamen dixerunt quòd de imperitia tenetur magiſtratus: vt infra de variis cogn. l. ſi iudex. quod hîc non negatur. ſed poteſt dici quòd illud eſt verum quo ad hoc vt faciat litem ſuam, nõ quo ad hoc edictum: vt inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. in princ.

S*I quis.*] CASVS. Titius impetrauit ne creditoribus ſuis teneretur. & non tenetur. nunquid Titius vtetur eodem iure ſi habeat debitores, vt Titio non teneantur debitores, quæritur. Rñ. aut impetrauit ad ſuam poſtulationem: & ei cõceſſum fuit: & tunc tenetur vti eodem iure Titius. aut non ad ſuam poſtulationem: & hoc caſu non vtitur. vnde dicit quòd ſi Titius impetrauit ne creditoribus ſuis teneretur: ſiue vtatur Titius, ſiue nõ: ſemper punitur. i. ſemper huic edicto locus erit, vt eodem iure vtatur. Itẽ dicit q̃ ſi procurator meus impetrauit ne tenear creditoribus meis vſque ad. v. annos, vti debeo eodẽ iure ſi ei mandaui. vel ratum habui: aliàs procurator tenetur. Item dicit quòd ſi tutor vel curator impetrauit vt adoleſcens non teneatur vſq; ad. v. an. an ipſe tutor vel curator punitur? & non tenetur pupillus hoc edicto. Vnde pone: Titius mihi debebat decem, erat tamen tutus aduerſus me exceptione temporali: donaui tibi hanc actionem: & ſic feci te procuratorem in rem tuam. impetraſti tamen vt ille Titius ſtatim tibi teneretur ſoluere. vti quidem debebis tu procurator aduerſus tuos creditores eodem iure vt eis ſtatim ſoluas. Itẽ dicit: ego impetraui vt nullus meus creditor vſque ad. v. an. conueniret me. vti debeo eodem iure, vt debitores mei vtantur eodem iure aduerſus me: & etiam nõ ſolum ille qui vſus eſt. i. contra quem vſus ſum, ſed etiam alius vtatur. quod dic, impetraui quòd nullus debitor meus exceptione vtatur: eodem iure vti debeo. Idem dicit, puta Titius fideiuſſit pro Seio apud Gaium creditorẽ. Seius acquiſiuit pactũ de nõ petendo: quia Gaius fecit ei pactum de non petendo: & ſic Titius & Seius fideiuſſor habebant exceptionẽ. poſtea Seius adquiſiuit ius iniquum: & impetrauit vt debitor ſuus non vtatur exceptione aduerſus eum. nũc Gaius conuenit Seium & fideiuſſorem. quæritur an Seius debeat vti eodem iure? Et reſpond. quòd Gaius creditor Seium cõuenire poterit. & hoc etiam Titio fideiuſſori non proderit. Sed pone quòd Titius fideiuſſor hoc ius iniquum impetrauit, vt debitor ſuus, ſcilicet Seius, non vtatur aduerſus Titium exceptione. nunquid Gaius poteſt iſtum Titium conuenire? Et reſpondetur quòd poteſt: non tamen hoc nocet Seio principali reo: nec conuenitur Seius, ſed Titius tantùm: nec ſi ſoluerit fideiuſſor pendente dilatione, puta quinquennali reo competenti, aget contra reum actione mandati: & ſi impetrauit perpetuam, nunquam. Item dicit, filius meus in magiſtratu poſitus erat: & conceſſit tibi quòd debitor tuus non vtatur aduerſus te exceptione, vel vt non tenearis vſque ad. v. annos creditoribus tuis. nũquid noceat mihi patri, ſi agam contra debitores filij mei poſt finitam adminiſtrationem? Reſpon. quòd non: nec ego pater vtar eodem iure. Item dicit quòd ſi impetraui ius iniquum vt non tenear creditoribus meis vſque ad. v. an. & deceſſi: poſtea heres meus vtetur eodem iure. Conſequẽter in. §. quod autem. dicitur quòd ſi ego impetraui ius iniquum a duerſus alium, nõ ſolum vtetur ille iure eodem contra me, ſed & cõtra heredem meũ. Item dicit, puta Titius impetrauit vt non teneatur ipſe creditoribus ſuis vſque ad. v. annos. vti debet Titius eodem iure contra præſentes & contra futuros debitores. quaſi dicat, non ſolùm ſi iſte creditor Titius poſtea efficiatur debitor Titij, vtetur exceptione, ſed quilibet alius, vt Titius non poſſit petere vſque ad. v. an. Et ſic hoc edictum extenditur ad eum qui fuit tempore impetrationis non ſolum, ſed ad futurum. [ILLVD.] item dicit: Impetraui ius iniquum vt non tenear creditoribus meis vſque ad quinquennium, cum purè eis tenear: & . v. ſolui creditoribus meis: nunquid poſſum repetere illud quod ſolui? Reſpon. quòd non. vel dic q̃ tu debitor meus ſoluiſti mihi creditori tuo. omiſſa exceptione proximi quam impetraui aduerſus te creditorem meum ante quinquennium cum haberes exceptionem, à me repetere non poteris.

f *Non coercetur*. vt C. de legi. & conſti. quod fauore.

g *Licet vſus non ſit*. tamen vti potuit. aliàs contra: vt ſupra eod. l. j. §. fin. patet ergo quòd etiam ſi pœnitere vult, non poteſt: vt hîc: licèt R. ſcripſit in hoc titu. contrarium. & pro eo eſt infra ad le. Cor. de fal. qui falſam. & C. de appel. l. ſi quis libellos. & C. de apoſtatis. l. apoſtatarum. & C. de ſum. tri. l. fin. in fin. & facit infra de poſtu. l. j. §. beſtias.

* Poſſent hæc verba pro Vlpiani verbis accipi, non autẽ Prætoris. Contius.

a] Quia eſt temeraria. P.

*Hoc verbum ad edictũ, videtur irrepſiſſe in cõtextum ex inſcriptione. Cont.

† Iſte text. eſt not. ſecundũ Bal. ad hoc quòd pœna incurſa ratione iniquæ impetrationis, nõ euitatur, licèt ei renũcietur. de quo per Innoc. in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpo. vbi hoc limitat Bolo. vltra not. diſtinc. text. quia ſingularis & vnica in iure. ſecũdum Bald. Ang. P. & Iaſo. hic.

me ſolum: [a] vtique ſi hoc ei ſpecialiter mandaui, vel ratum habui. Si tamen tutor vel curator furioſi poſtulauerit, vel adoleſcentis: ipſe hoc edicto coercetur. [b] Item aduerſus procuratorem id obſeruandum [c] eſt ſi in rem ſuam fuerit datus.

Hæc pœna aduerſus omnem ſtatuitur, qui in edictum incidit: B non ſolùm eo poſtulante qui ab eo læſus eſt, ſed omni qui quandoque experitur. [d]

Impetratio principalis nocet fideiuſſori, non econtra Bart.

Si is pro quo ſpopondiſti, impetrauerit ne aliquis debitor ipſius aduerſus eum exceptione [e] vtatur: deinde tu in negocio in quo ſpopondiſti, velis exceptione vti: [f] nec te nec ipſum oportet hoc impetrare, etſi interdum patiaris iniuriam [g] ſi ſoluendo debitor non ſit. C Sed ſi tu [h] incidiſti in edictum, reus quidem vtetur exceptione, [i] tu non vtaris: nec pœna tua ad reum promittendi pertinebit: & ideo mandati actionem non habebis. [k]

Impetratio filij non coërcet patrem. hoc dicit.

Si filius meus in magiſtratu in hoc edictũ incidit, [l] an in his actionibus quas ex perſona eius intendo, [m] huic edicto locus ſit? & non puto [n] ne mea conditio deterior fiat.

Pœna huius edicti tranſit ad heredem, hoc dicit.

Quod autem ait prætor, *Vt is* [o] *eodem iure vtatur*: an etiam ad heredem hæc pœna tranſmittatur? & ſcribit Iulianus non ſolum ipſi denegari actionem, ſed etiam heredi eius. [p]

Pœna huius edicti porrigitur ad actionem quæ poſt impetrationem quæritur. Bart.

Illud quoque non ſine ratione ſcribit, non ſolũ in his actionibus pati eũ pœnã edicti, quas tunc habuit cũ incideret in edictũ: verùm ſi quæ poſtea [q] ei adquirentur.

Hoc edictum naturalem obligationem nõ tollit: ergo ſoluti repetitionem non inducit. Bar.

Ex hac cauſa [r] ſolutum repeti nõ poſſe Iulianus putat. ſupereſſe enim naturalem cauſam, quæ inhibet repetitionem.

Qui facit lege permittente, non incidit in hoc edictum. h.d. vſque ad fi. huius leg. Bart.

IIII. GAIVS *libro primo ad Edictum prouinciale.*

ILlud eleganter prætor † excepit, [ſ] *præterquam ſi quis eorum*

a *Me ſolum*. imò & procurator teneri videtur: vt infra de vi, & vi.ar.l.j.§.quotiens, quæ eſt contra. ſed ibi delictum interuenit procuratoris, cum parere non debuerit: hic non. Item quid ſi generalis erat procurator, & habebat liberam adminiſtrationẽ, an teneatur? Reſpond. non: quia extra negocia mea adminiſtrauit impetrando. Item quia ſibi iniquum mãdare non videor: vt.j. de pecul.l. qui peculij. & infra de pact. l. contra iuris regulas, §.ſi filius. & infra de condi. indebi. ſi procurator, §. quòd ſi indebitũ. Ipſe autem tenetur. Sed quomodo ipſe tenet, cum eo priuilegio vti ſibi nõ poſſit hic procurator? Reſpõ. ſatis [a] eſt ꝙ aliquis eo poſſit vti, vt in tutore hîc dicitur. Item quare non tenetur procurator ſicut tutor? Reſpõ. quia tutor [b] dat inuito: non ſic in procuratore, & facit C. vnde vi. l. meminerint, & ſic facilius releuatur pupillus. vel quia in ꝓcuratore voluit expreſſe, quod in tutore ſecus. Itẽ an ipſe ꝓcurator impetrans vtitur eodem iure cõtra dominum, cum nõ dicatur delinquere? puto quòd ſic.

b *Coercetur*. ſed hoc priuilegiũ ꝓficiet pupillo, & ad tutorẽ pœna ſpectabit: quod eſt iniquum. Dic ergo & pupillum teneri quatenus vtitur: vt infra de dol.l. ſed ſi ex dolo. Vel dic ipſe, ſcilicet pupillus. Nam aut in totum debet probare: aut in totum reprobare: vt infra de admini. tut.l. cum quæritur. D prima placet. & ſibi imputet.

a] Imò dic quòd procurator nõ tenetur. Bar. hic in fi. & ſequitur Bal. Alex. & Iaſ.
b] Nihil valet. Iaſ.

c *Obſeruandum*. quod diximus.ſ. de tutore: cum ad proximum ſit relatio facienda: vt.ſ. titu. proxi. l. ſi idem cum eodem, in fin.

d *Quandoque experitur*. hoc habet locum quando & ipſe impetrauit contra omnes, licèt contra vnum tantùm ſit vſus. & ſic læſus & nõ læſus dicitur eo inſpecto ꝙ poteſt lædi: vt in princip. & ſic non ob. C. res inter alios actas. quia verè cũ omnibus fuit factum. vbi verò contra vnum impetrauit, non punitur quo ad alios: vt arg. C. res inter alios actas. per totum. & C. de pœ. l. ſancimus. Alij contra: vt ſi contra vnum impetrat, tamen teneatur omnibus. & dicunt hoc ſpeciale contra prædictum titulum. Ac.

e *Exceptione*. ſcilicet dilatoria, ſecundum quoſdam. & ſic non ob. C. de pre. impe. offe. quotiens, quæ eſt contra. quod non placet: cum in fine dicatur fideiuſſorem actionem mandati non habere, cum deberet habere ſaltem adueniente die: vt infra manda. ſi mandauero tibi, in princip. Dic ergo quòd hic impetrauit E peremptoriam, & imperator reſcripſit ex certa ſcientia, & apponens, lege aliqua non obſtante. Accur.

f *Exceptione vti*. ſcilicet pacti de non petendo facti reo principalià creditore apud quem interceſſiſti, & poſtquã impetrauit ius iniquum. & ſic nunquam cõpetit cum efficacia fideiuſſori: aliàs aliud eſſet: vt.j. de pac. l. fina. quæ eſt contra. Vel dic quòd etiam prius fuit acquiſita exceptio pacti: ſed conſenſu fideiuſſoris ius iniquum fuit impetratum: & ſic lex prædicta non obſtat. Acc.

g *Iniuriam*. id eſt damnum: quia agens actione mandati non poteris conſequi: vt hîc, & infra de dolo. l. nam is. factum ergo alterius nocet alteri: argu. cõtra infra de alie. iud. mu. cau. fact. l. j. ſed hoc non eſt mirum: cum & mora rei ſimiliter noceat fideiuſſori: vt infra de verb. oblig. l. mora. & hoc ab initio debuit ſcire, vt infra de condic. inde. l. indebitum. vnde ſi imputatur: vt infra loca. ſi quis domum, §. j.

h *Sed ſi tu*. ſcilicet fideiuſſor. A

i *Vtetur exceptione*. ſibi facta de non petendo.

k *Non habebis*. interim ſubaudi, ſi velis tueri eum impetraſſe dilatoriam. Vel dic, nunquam: propter ius iniquum impetratum circa peremptoriam, ſecundum aliam poſitionem.

l *Incidit*. dando dilationem vel exceptionem non habenti.

m *Intẽdo*. quæ ſunt ex peculio quod ad me ſpectat profectitio, vel etiam aduenticio: cum ratione vſusfruct⁹ qui ad me ſpectat, eas intendo. & hoc accipe ſiue ſint acquiſitæ ante ius iniquum ſtatutum, ſiue non: licèt quidam diſtinguant.

n *Non puto*. contra videbatur: cum eadem perſona vnus cum alio cẽſeatur, & in obligationibus quaſi eius fideiuſſor ſit: vt infra de verb. oblig. cũ filius, in princ. & .j. ad munic.l. ij. ſed illud eſt verum quando conuenitur [c] ex perſona filij, non cũ agit. [d] Accur.

c] Id eſt quã do cõtrahit fili⁹ ſe obligando. Iaſ.
d] Id eſt cũ cõtrahit aliũ ſibi obligando. Iaſo.

o *Vt is*. qui impetrauit vt creditori ſuo nõ teneatur.

p *Etiam heredi eius*. ſcilicet impetrantis, qđ videtur mirũ: cum priuilegium indultum viuenti, cũ eius perſona ſit finitum, vt perſonale beneficium: vt.j. de reg. iur. l. in omnibus. iij. Sed dic eum impetraſſe priuilegium ſibi heredique ſuo. & ſæpe ſic indulget imperator: vt.j. de regu. iur. l. Neratius. Alij dicunt heredem debere vti eodem iure in actionibus quę defuncto cõpetebant, & heredi ex eius perſona. quod nõ placet ratione prædicta: quia priuilegium eſſet extinctum: vnde nul. a pœna deberet imponi: vt.ſ.eo.l.j.in fi. Item alia ratione videtur ad heredẽ non tranſire, quia pœnę delictorum non tranſeunt ad heredes: vt C. ſi ex delict. defunct. l. vnica: quæ eſt contra. Solu. hîc ad heredem tranſit priuilegium, cũ ſibi & heredi impetrauerit: prout dixi. Vel dic, hîc erat ſtatuta pœna in viuentem à lege: & ideo tenetur heres. ſecus eſſet ſi non eſſet impoſita viuenti, ſed haberet aliquis actionem ad imponendam. tunc enim habet locum quod ibi dicitur, nec tranſit hic vt contra eum detur actio, ſed vt exceptione remoueatur. ADDITIO. Iſta gloſſ. innuit quòd ex hoc dicto non oriatur actio. quod diſplicet Bart. & Iaſ.

†Videtur legendũ Proconſul vt indicat inſcriptio. Ant. Auguſti. lib. 1. cap. 5.

q *Poſtea*. hoc poteſt dici quando generaliter impetrauit vt nullus debitor creditori ſuo teneretur vel ad tempus, vel in perpetuum: non aliàs: vt dixi ſupra eod. §. hæc pœna. vel etiam ſi ſpecialiter. Accur.

r *Ex hac cauſa*. iſtud ex hac cauſa, non refertur ad id quod dicit, ſolutũ, ſed ad verbũ illud, repeti: id eſt dicere [e] propter priuilegium indultum vt non teneatur ſtatim ſoluere: ſed poſt annum nõ repetit: vt.j. de cõdic. indeb. l. in diem. Idem ſi in perpetuum. vel dic quòd loquitur de eo qui poterat vti eodem iure: qui ſi ſoluat, non repetit. & eſt ratio in vtroque, vt ſubiicit. Accur.

e] Iſta prima lectura eſt intelligẽda in impetrante ſoluente. ſecũda loquitur de illo qui poterat vti retorcutione, & ſoluẽte. & vtraque eſt bona, ſecundũ Bart. Pau. Alex. & Iaſo.

a] Dic vt ibi dixi.in glo. pe.ad iſtud contrarium. b] Iſta gloſ. eſt ſing.ſecūdū Bart. & Ang.ad hoc quòd p deſertionē appellationis poſſeſſio nō perditur.

k *Cautionem*.ſimplicē,ſine fideiuſſore,cū poſſidebat immobilia.

A l *obeſt*.vt cogat ſatiſdare:vt.j̃.vt in poſ.le.l.etiā ſi cōdēnatus..§. fi.ſecus ſi inſignis calamitas & inopinata ſuperueniat fideiuſſoribus:vt.s̃.eo.ſi ab arbitro.&.j̃.de interro.act.de ætate.§.ex cauſa.

m *Nec prodeſt*.ſi ei ſatiſdatio remittatur.& no.hîc ꝙ contrariorū eadem eſt diſciplina:vt s̃.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.l.j. in princ.

XVI. Paulus libro ſexto ad Edictum.

QVi iuratò promiſit iudicio ſiſti,non videtur[n] † peieraſſe ſi ex cōceſſa cauſa hoc deſeruerit.

SI EX NOXALI CAVSA agatur, quēadmodū caueatur.

TITVLVS IX.

B Primò ponit verba edicti. Secūdò incipit exponere ea . Secunda ibi, In eadē.Subdiuide textū,quia multa duplicat.Primò ponit ſummarium vnum, quid ſit dictum in eadem cauſa. Secundò illud ſummarium declarat per plura membra . Tertiò illa membra declarat. Secunda ibi, Si deſinat. Tertia ibi, Itaque.Bart.

I. VLPIANVS libro ſeptimo ad Edictum.

SI quis eū [o] de quo noxalis actio eſt, iudicio ſiſti promiſit . prætor ait, C *In eadem cauſa eum* [p] *exhibere,in qua tunc eſt,* [q] *donec iudicium* [r] *accipiatur.* In eadē cauſa ſiſtere quid ſit, videamus.& puto verius eū [ſ] videri in eadē cauſa * qui ad experiēdū non facit ius [t] actoris deterius.Si deſinat ſeruus eſſe promiſſoris , [u] vel actio [x] amiſſa ſit : non videri in eadem cauſa ſtatum Labeo ait. vel ſi qui pari loco erat in litigando,cœpit eſſe in duriore , vel loco vel perſona mutata.[y] Itaq; ſi

Q *Vi iurato*.] CASVS. Conueni te : & cū nō poſſes ſatiſdare, iuraſti ꝙ tali die ſiſteres iudicio : tu autē nō feciſti aliqua iuſta ex cauſa.nō videris peierare.

n *Non videtur*.quia lex ſibi remittit:vt & aliàs. j̃.de iur.pa.l.adigere.§. fi.&.C.de nō nu.pecu. l.fin.Sed an ꝓvero peierat? Quidā dicunt ꝙ nō: quia ſemper dicūt: ineſſe tacitā cōditionē, niſi iuſta cauſa interuenerit : vt hîc , &. C. de tranſa. l. ſi ex falſis. vbi cōditionē dicūt ineſſe, ſi falſa non ſunt inſtrumēta,cuius metu trāſactio fit . Tu dic ꝙ peierat,ſed remittit̃:alioquin nō dicitur peierare,ſicut hîc dicit.& pro hoc.j̃.de adquirē.poſſ. quod meo. §. ſi furioſo.Accurſius.

Cōtrariorū eadē eſt diſciplina.

† Colligitur ex iſto text. no.regula, quòd in omni iuramento intellegitur excepta auctoritas legis & ſuperioris.facit.l.fin.in princ.ff. ad muni. in c. veniētes.& ibi Cano. de iureiur. & per do.Iaſo. hîc.

SI EX NOXALI cauſa agatur,&c.

Dictum eſt qualiter pro liberis ſatiſdatur iudicio ſiſti:nūc qualiter pro ſeruis.

Eſt etiam hic titulus de cautione iudicio ſiſti , quæ domino ſeruum defendente noxali iudicio ita interponitur vt ſeruum promittat dominus iudicio in eadem cauſa ſiſti.Cuiac.

* cauſa ſiſtere

D SI quis eum.] CASVS. Seruus tuus damnum mihi dedit: vnde te noxali actione conuenio . debebis mihi quidem promittere vt ſeruum ſiſtas in eadem cauſa vſque dum ſententia feratur.Et videtur ſiſtere quis in eadem cauſa , quando ius actoris deterius non facit:non aliter.tu illum ſeruum ſimiliter alij qui aduerſus te noxaliter agit,dediſti . nunquid videris eū in eadem cauſa ſiſtere ? Dixerunt quidam quòd non . ſed ſecus eſt,quia bene ſiſtitur in eadem cauſa.Vel ſi ſeruus tuus,qui damnum dedit, abſens fuit: vel defendes ſeruum : vel cauebis quòd exhibebis eum,cum habebis iſtum ſeruum.&hoc ſi dicas eum in tua poteſtate eſſe,ſuſcipies iudicium ſine noxæ deditione : quia teneris in ſolidum.ſed ſi ſeruus fuit præſens,& tu abſens: & cum non defenderetur,iuſſu iudicis accepi illum ſeruum: extincta fuit actio mea,cum ſeruus cœperit eſſe meus.ſi tu venias petens reſtitutionem,ad defenſionem audiris: ſed mihi actio aduerſus te reſtituitur.Viuianus.

E o *Si quis eum*.ſcilicet ſeruum cuius nomine dominus conuenitur noxaliter.

p *Eum*.ſcilicet fideiuſſorem.

q *Tunc*.cum promittitur.

r *Iudicium*.id eſt ſententia.

ſ *Eum*.ſcilicet dominum qui promiſit.

t *Non faciat ius*.quæ qualiter fiant,declarant ſequentia.Accur.

u *Promiſſoris*.vt quia pro derelicto habeatur: vt differat à ſequētibus.vel dic,manumiſſus.& ſic eſt contra infra. l. penult. in fin. Solut.vt ibi not.[c] in princ.

x *Vel actio*.quæ datur actori.Azo.& eſt amiſſa fortè in re noxali: quia ille non exhibuit:& ſic actor nec teſtes eius poterunt eum cognoſcere quem exhibitum [d] cognouiſſent.Sed quomodo potuit amitti actio,cum per executorem fuerit facta cōuentio? Reſpon.dic vt.j̃.de eo per quem fac.erit.l.fin.j.reſpon.

y *Mutata*.i.mutatione perſonæ mutatur cauſa,vt hîc,& inſti. de

c] Dic vt ibidem.gl.I. ſoluit iſtud contrarium. d] Iſtam. gl. dicit ſingu. Bal.ad hoc quòd exhibēda eſt pſona delinquentis , vt cognoſci poſſit.idem voluit.Bal.in l.2.ad exhibēd.Bolog.

UNED

here.inſti.§.ſeruus autẽ.& not.hunc alienantẽ tribus actionibus poſſe cõueniri.Primò,ex ſatiſdatione ad intereſſe:vt hic.Secũdò, quia dolo deſiit poſſidere, tenetur vtili ex ea cauſa ex qua prius directa tenebatur:vt.ꝫ.de reg.iur.l.parẽ.&.ꝫ.de noxa.ſi plutiũ.§. ſi.Tertiò tenetur actione in factũ ex edicto de alie.iu.mutã.cau. facta. licèt ea liberetur ſe offerẽdo defenſioni: vt.ꝫ.de alie. iu.mutan. cau.fac.l.iij.§.finali.

a *Itaque ſi quis.* ſeruus promiſſus iudicio ſiſti. Accurſius.

b *Venditus.* alicui qui nõ ſit de foro promittentis. nam tunc fieret conditio melior: cum contra venditorem & contra emptorẽ agere poſſit.Accurſius.

c *Potentiori.* quia potentioribus pares,&c. vt.ꝫ.de ali.iu.mu. cauſa fac.l.iij.in princip.

d *Sed & ſi deditus.* ſ.alicui agenti noxaliter.

e *Cum noxæ.* mala ratio eſt: & in hoc ſolo ſecũdùm quoſdam reprehenditur.ꝫ.l. proxi. nõ autẽ dicit ibi,an videatur ſiſti ĩ eadẽ cauſa,vel nõ. Et dicũt tũc diſtingui, an potẽtiori ſit datus pro noxa: vt tunc non videatur ſiſti in eadem cauſa:vt hîc. aliàs ſic: ſed melius eſt vt dicã corrigi totũ: vt videatur.ſ.in eadẽ cauſa ſiſtere, ſi bona fide dederit pro noxa. ſ. ex neceſſitate,& cui ſe teneri ſciebat: huic autẽ cui cauit,neſciebat adhuc ſe teneri: vt infrà de noxa. ſi quis à multis.Quid autem ſi vtrique ſe teneri ſciebat? Reſpon. præueniẽti.ſ. ad ſententiam debuit dare:aliàs in dolo verſatur:vt infra de edẽ.l. quædam.§.is autem.

f *Putat.* & malè: vt.ꝫ. l.proxi.

g *Sed alio iure.* Si abſens ſit ſeruus pro quo cautũ non eſt adhuc. Accurſius.

quis [a] ei qui in foro promiſſoris conueniri non poteſt,venditus, [b] aut potentiori [c] datus ſit: magis eſſe putat vt non videatur in eadẽ cauſa ſiſti.Sed & ſi noxę deditus [d] ſit, Ofilius nõ putat in eadẽ cauſa ſiſti:quũ noxę [e] deditione cęteris noxalem actionẽ perimi putat. [f]

II. PAVLVS *libro ſexto ad Edictum.*

Sed alio iure [g] vtimur. nam ex præcedentib⁹ cauſis nõ liberatur noxæ deditus. perinde enim noxa caput ſequitur,ac ſi veniſſet.

Iſte.§. diuiditur in duas partes. Primò loquitur quando dominus conuentus noxali erat præſens,& ſeruus abſens. Secundò loquitur ecõtra,quãdo ſeruus erat præſens, & dominus abſens. Secũda ibi,Si ſeru⁹. Itẽ prima diuiditur in duas: quia primò ponit tria priuilegia quæ habet dominus. Secũdò ponũtur duæ cauſæ in quibus amittũtur dicta priuilegia. Secũda ibi, Si verò falſò.Itẽ ſecũda pars principalis diuiditur ĩ tres partes:quia primò ponitur de remedio agẽtis, quod habet reſciſſa datione pro noxa ei facta per iudicẽ. Secunda ſecundæ incipit ibi,Sed cauſa cognita.Tertia ibi, Actori. &.h.d.in ſumma:Si dominus ſit præſens,& noxaliter conuenitur ex delicto ſerui abſẽtis:ſi dominus illũ ſeruũ eſſe in ſua poteſtate fatetur,alterũ de trib⁹ eligere debet:vel promittere iudicio ſiſti ſeruũ: vel iudiciũ noxale ſuſcipere: vel cauere de dando eum pro noxa cum ad manum eius peruenerit. Si verò domino abſente præſens ſeruus non defenditur:iuſſu iudicis ex primo decreto,deinde ex ſecũdo capitur pro noxa. domino autẽ reuertẽte ex cauſa ſuccurritur: & datio ſeu noxæ deditio reſcinditur, & noxalis actio reſtituitur agenti.h.d.

Si abſens ſit ſeruus pro quo noxalis actio alicui cõpetit: ſi quidẽ dominus nõ negat in ſua poteſtate eſſe, cõpellendũ putat Vindius vel iudicio [h] eũ ſiſti promittere, vel iudiciũ accipere: [i] aut ſi nolit defendere,cauturũ, cum primùm potuerit,ſe exhibiturũ. [k] Sin verò falſò neget in ſua poteſtate [l] eſſe, ſuſcepturũ iudiciũ ſine noxæ deditione. [m] idq; Iulianus ſcribit, & ſi dolo fecerit quò minus [n] in eius eſſet poteſtate.Sed ſi ſeru⁹ pręſens eſt,dominus abeſt, nec quiſquam ſeruũ defendit, [o] ducẽdus erit iuſſu prætoris:ſed cauſa cognita domino poſtea dabitur defenſio, vt Pomponius & Vindius ſcribunt: ne ei abſentia ſua noceat. [p] Ergo & actori actio reſtituenda eſt,perempta eo quòd ductus ſeruus in bonis [q] eius eſſe cœpit.

Forma decreti qđ interponitur cõtra fructuariũ, eſt vt ei vſus fructus perſecutio denegetur. Bart.

III. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Edictum.*

Si cum vſufructuario † noxali iudicio agetur, iſq; ſeruum nõ defenderit: denegatur ei per prætorem vſusfructus perſecutio. [r]

Qui alium ex neceſſitate defendit,videtur ſuo nomine eſſe in iudicio. hoc dicit.

IIII. GAIVS *libro ſexto ad Edictum prouinciale.*

Si cum vno ex dominis noxalis agetur,an pro parte [f] ſocij ſatiſdare deberet? [t] Sabinus ait non debere: quia quodammodo

n *Quo minus.* id eſt vt non:vt manumittẽdo eum dolo:vel interficiẽdo ipſum:vt.ꝫ.de dol.l.arbitrio.§.nõ tamẽ.ſecus ſi nõ dolo: vt.ꝫ.l.pe.quia verus dominus manumiſit:vt ibi not.ſed ſi alienauit, adhuc redimere poterit, qui dolo malo alienauit. nam ſine noxæ deditione condẽnabitur:vt.ꝫ.de noxa.de illo.&.l.electio. §.itẽ ſi ex pluribus.arg. cõtra.ꝫ.de leg.j. ſi fundum.ij.&.l. ſi qñ.§.heres. ADDIT. Tu dic ꝙ ibi per alienationẽ nõ tollitur poteſtas ſoluẽdi,quæ ante competebat: quia nõ alienauit eũ dolo. nã in.l.ſi fundum.ij. alienatio facta fuit de volũtate legatarij. in.l.ſi quando.§. heres. fuit ex poteſtate iuris. Vel ſolue aliter: & dic ꝙ hic res deſiit eſſe, quia eum interfecit,vel manumiſit, ſecundùm Barto.

o *Defendit.* nec enim defendit, qui duci patitur: licèt ſit arg.contra.ꝫ. de procura.l. ſed & hæ.§.fina.

p *Noceat.* vel proſit: vt.ꝫ. quibus ex cauſ. ma.l.j.&.l. videlicet.& ſic per reſtitutionem.

q *In bonis.* ex hoc reprobatur ſentẽtia Io.q dicebat miſſum in poſſeſſionẽ ex ſecũdo decreto, vſucapere,& nõ ſtatim dominũ eſſe.hîc enim fuit ſeruus eius: vnde ei amiſſa actio reſtituitur, ob hoc ꝙ in eum caſum peruenit,à quo ĩcipere nõ poteſt: vt.ꝫ.ad leg. Aquil.quia in eũ.nos autẽ dicimus ipſum ſtatim dominũ, ſi is erat dñs qui parere noluit:alioquin vſucapit:vt.ꝫ.de dan.infec.l. prætoris officiũ.etiam ſciẽs alienum: vt.ꝫ.de noxa.l. & generaliter. Itẽ not.hîc actionẽ ſemel extinctã reſuſcitari:arg. cõtra.ꝫ.de ſol.l. qui res.§.areã. ADDIT. Pro ſolu. hui⁹ cõtrarij dic ſecũdũ Bar. ꝙ ſicut illa quæ reſtituitur abſenti,dicitur vtilis:ita illa quę præſenti,cõtra quẽ petitur reſtitutio:& ſic nõ eſt eadẽ quæ reſuſcitatur:vt.C.ſi aduer.tranſac.l.ij.

h *Vel iudicio.* ad quid ſiſtetur hic ſeruus in iudicio: & ad quid prodeſſe poteſt?Reſpõ.ſi dominus certus eſt de maleficio,quòd non ſit à ſeruo cõmiſſum, permittitur ei ſtatim iudiciũ accipere. ſi verò de his non ſit certus, non cogitur præcipiti feſtinatione reſpondere pro ſeruo: quia ignorat quid reſpondeat pro ſeruo. ſed ne fugiat ſeruus, cauere debet ſe exhibiturum ſeruum in iudicio,ad hoc,vt de facto reſpondeat negando,vel confitendo:vt C.de quæſtio.l.interrogari. & fortè credetur cõfeſſioni ſerui:vt ꝫ.de probat.cũ probatio.&.ꝫ.de teſti.l.ſerui.quia in noxali cauſa permittitur ſeruo vt domini conditionẽ faciat deteriorẽ:vt.ꝫ.de vi & vi ar.l.j.§.quod ergo adiicitur. niſi aduerſarius cõtrarium [a] negationi,vel dominus contrarium confeſſioni paratus ſit probare: quia verbis ſeruorum non eſt omnino credendum: vt.ꝫ. de quæſtio.l.j.§.queſtioni.aut eſt certus quòd cõmiſit delictum, & habet locum tertius caſus ſecundum Azo.vt ibi,aut ſi nolit.

i *Accipere.* ſcilicet ſtatim defendendo ſeruum.

k *Exhibiturum.* item cauet ſe ceſſurum ius ſuum:vt infra de nox. actio.l.non ſolùm.

l *In ſua poteſtate.* id eſt facultate vel facilitate exhibendi eum.

m *Sine noxæ deditione.* hoc ſi alio modo quàm per iuſiurandum ſit probatum: vt infra de iureiu.l.eum qui.in princ.

Si cum vſufructuario.] CASVS. Tu habebas vſumfructum in ſeruo, pro quo te noxaliter conueni: tu non defendis iſtum ſeruum,amittis quidem vſumfructum.Viuianus.

r *Perſecutio.* & dabitur victori: vt.ꝫ.de noxa.ſi ex duobus.§.j.

Si cũ vno.] CASVS. Plures erãt dñi cuiuſdã ſerui qui mihi damnũ dedit.cõueni vnũ ex dominis. nõ poterit quidẽ iſte dominus ꝑ parte ſua tãtũm ſatiſdare:ſed & ꝑ parte ſocij ſatiſdare tenetur. ſ.iudicio ſiſti.& pro ſua ſatiſdat:nã in totũ ſatiſd.vel dic, de iudi. ſolui,ꝙ nõ ſatiſdat, cũ nõ totus ſuus reputetur:nec cõuentus de re ſua ſatiſdat iudi.ſolui.& ſic duob⁹ modis ponitur caſus. Viuia.

f *Pro parte.* Pro ſua,non etiam iure veteri, cum ſit perſonalis: vt inſtitu.de ſatiſda.§.j.

t *Satiſdare deberet.* ſ.iudicatũ ſolui:quaſi alienę rei defenſor:vt.ꝫ. de procura.l.minor.in.fi.nã iudicio ſiſti ſeruũ & ſe ſemper debet cauere:etiã ſi totus eſſet ſuus: vt.ſ.eod.l.ij.§.ſi abſens.niſi poſſideat immobilia:quia tunc nõ ſemper: vt.ſ.ti.j.l.ſciendũ.in prin. Vel dic ꝙ loquitur de cautionibus iudicio ſiſti:& quod dicit,nõ debere, ſcilicet pro parte: ſed in totum,cum etiã hoc probet ſequens litera:ſed ſecundùm primũ intellectum in nullo ſatiſdat.

Neceſſitas.

Potentiorib⁹ pares eſſe non poſſumus.

Seru⁹ quãdoque cauſam domini facit deteriorem.

a] Iſta glo. reputatur valde ſingularis: nec reperitur alibi, ſecũdum Pau.de Caſtr.ad hoc, quòd quantũcũque cõfeſſioni vni⁹ ſtatur in

præiudiciũ alterius ex forma legis vel ſtatuti, nihilo min⁹ ille alter poteſt contrarium probare,& illam confeſſionẽ reuocare: vt poſſit ſuam reuocare factã per errorẽ, ſecundum Pau. de Caſtro.

†Nõ defendẽti ſeruum in cauſa noxali,denegatur vſufructus perſecutio.contra.text.in l.hoc amplius in.§. fin.cum.l. ſeq.&.l.ſi finita.§.ſi quæ ſunt iura.&.§.ſi de vectigalib⁹ ff.de dam. infec. Actio ſemel extincta reſuſcitatur.

a *Neceſſitas*.ſ.poſt litem conteſt.nam ante ſuam partem cedẽdo liberatur:vt.ј̃.de noxa.ſi ſeruus cõmunis. Item not.quod commune eſt,meũ eſt:vt.ј̃.de lega.j.ſerui electione.§.j.&.ij.&.l. Stichum.&.ј̃.de verb.ſignifi.pupillus.§.fin. Sed arg.contra.ј̃.quãdo ap.ſit.l.j.§.in propria.Itẽ arg.contra.ј̃.ſi pars here.peta.l.permittendum. ADDIT. Tu dic ꝙ hîc in indiuiduis:ibi in his quæ recipiũt diuiſionẽ.hoc eſt, hîc loquimur reſpectu indiuiſibilis defenſionis:ibi loquitur reſpectu diuiſibilis proprietatis:ſecũdũ Bald.hîc.

totum ſuum hominem defenderet,cui in ſolidum defendẽdi neceſſitas [a] eſſet: nec auditur ſi pro parte paratus ſit defendere.

Si ſeruus ſiſtatur liber factus in cauſis criminalibus, non videtur in eadem cauſa ſiſti, niſi ei libertas fuit annexa: ſecus in ciuilibus noxaliter intentatis.

V. VLPIANVS *libro quadrageſimo ſeptimo ad Sabinum.*

SI ſeruum in eadem cauſa ſiſtere quidam promiſerit, & liber factus [b] ſiſtatur: ſi de ipſo controuerſia eſt capitalium actionum iniuriarúmque nomine, non rectè ſiſtitur:quia aliter †de ſeruo ſupplicium, * & verberibus de iniuria ſatisfit: aliter de libero vindicta [c] ſumitur, vel condemnatio pecuniaria. Quod autem ad cæteras noxales [d] cauſas pertinet, etiam in meliorem cauſam videtur perueniſſe. [e]

VI. PAVLVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

SEd ſi ſtatuliberum [f] ſiſti promiſſum ſit, in eadem cauſa ſiſti videtur, quamuis liber ſiſtatur, quòd implicitus [g] ei caſus libertatis fuerit.

DE EO PER QVEM factum erit quo minus quis in iudicio ſiſtat.

TITVLVS X.

In eum cuius dolo factum eſt quo minus quis in iudicio ſiſtat, datur actio ad intereſſe.Bart.

SI ſeruum.] CASVS. Egi aduerſus te nomine ſerui tui publico iudicio:& tu promiſiſti ſiſtere in eadẽ cauſa: & ſi exhibes eum liberũ,vtrũ videaris exhibere in eadẽ cauſa, quæritur. Et reſpon. ꝙ nõ: quia aliter ſeru⁹ quàm liber punitur: ſed quò ad priuatas cauſas benè videris in eadẽ cauſa ſiſtere. Sed ſi promiſiſti Stichũ ſtatu liberũ in eadem cauſa ſiſtere: tu autem exhibes eum liberum:videris quidẽ in eadem cauſa ſiſtere. h.d.cum l.ſequen.

CC.l.j.ј̃.de pœn. l.ſtatu liber ј̃.de queſtio. l.ſtatuliberi. ј̃.de ſtatulib.

†Nota iuncta.gl. quòd acrius punitur ſeru⁹ in delictis q̃ liber. concor. text.in l.in ſeruorũ. ff. de pœ.text. in .l.Pedius. de incẽ. rui. nau.ff. &.l.3. §.1.ad.l.Cornel.de ſic. ff. idem etiam dicimus de ignobili quia pl⁹ punitur quàm nobilis. Bald.in.l. quidã.ff.de pœnis Bar. in.l.nemo. de ſum.tri. & fide catho.C.glo.c. non cogantur.41.diſ.

*ſupplicio.

b *Factus*. à domino, nõ à promiſſore: quia promiſſor nõ erat dominus: vt.ј̃.de verbo. obli. ſi ſeruũ.§. ſi autẽ. & ſic non ob. s̃.l.j.§.ſi deſinat. vel ibi criminalis erat accuſatio: vt in princ.huius.l.vel refert doloſè,vel non:vt not.s̃.l.ij.§.j.

c *Vindicta*. quæ vindicta.ſ.corporalis,non ita imponitur ſeruo,vt libero: quia acrior: vt infra ad.l.Cor. de fal.l. j.in fin. &.ј̃. de incen. rui.nau.l.Pedius. Item condemnatio pecuniaria non imponitur ſeruo: vt.ј̃. de accu.l. hos accuſare.§.omnibus. Sed hic timor non videtur neceſſarius: cum ſemper inſpiciatur in condemnationibus cõditio perſonæ, quæ fuit tempore commiſſi criminis, non ſententiæ: vt infra de pœnis.l.j.in prin.quæ eſt cõtra.Sed hîc de publicis: ibi de priuatis criminibus. nec ob. quod de actione iniuriarum hîc dicitur: quia ſic intelligitur quando de iniuria publico iudicio agitur:vt C.de famo.lib.l.j. & de iniur.l.iniuriarũ cauſa. vel dic quòd hæc per illam corrigitur. vel hîc ſecundùm æquitatem, quæ mitigabat pœnas: ibi ſecundùm ius ſtrictum.prima verior eſt.

d *Noxales*.vt quando agitur pro priuato crimine ciuiliter.

e *Perueniſſe*.& ideo ſiſtere videtur in eadẽ cauſa: quia de noxali eſt facta directa:vt inſtit.de noxa.§.omnis autẽ. Item not. quòd liberatur quis faciẽdo plus quàm debet,etiã me inuito.Arg.contra inſtit.de act.§.præterea. &.ј̃.de vſu & ha.l.fi. ſed hoc intellige,quia in eadẽ cauſa & forma exhibebat:vt.ј̃.de ſol.Pau.reſpõ.

f SEd ſi ſtatuliberũ.Statuliber eſt ſeruus ille,cui libertas ſub aliqua cõditione eſt relicta,ea.ſ.pẽdẽte:vt.ј̃.de ſtatuli.l.j.Ac.

g *Implicitus*. id eſt annexus: quia vt liber puniendus eſt. infra de pœ.l.moris. in fin.&.ј̃.de quæſtio.l.ſtatuliber. & hoc ſi deliquit in ſtatu libertatis.ſi autẽ prius, tunc punitur vt cæteri ſerui: vt.ј̃.de ſtatulib.l. ſtatuliberi à cæteris. in gl.pœnas. & facit infra de fideicom.liber.cum vero.in princ.

DE EO PER QVEM FACTVM erit quo minus quis in iudicio ſiſtat.

Sed nonne ſuperfluit hic tit.per illum ſupra,ne quis eum qui in ius voca. eſt,vi ex? Reſpon.non,quia in quatuor hic ab illo differt. Primò quia ille non habet locum niſi vbi vis facta eſt quo minus ſiſtat: vt eod.titu.l.1.& .3.in

A *princip.& .§.exinde.hic autem habet locum etiam ſine vi: vt.ј̃.eod.l.1.§. dolum. Secundò quia ille non conſulit niſi vocanti ad ius.i.actori:vt probari poteſt per.l.2.eiuſdem titu.& per.l.4.§.eximere.hic autem etiã vocato: vt in hoc titu.l.1.§.ſi reus.in fin.& vocanti:vt.ј̃.eo.l.fi.in prin.& .§.ſed & ſi ſtipulator. Tertiò quia iſto agitur ad intereſſe: vt infra eod.l.fin.in princ. illo quanti in litem iuratũ eſt:vt.s̃.eo.titu.l.pen.§.1. Quarto quia hic locum habet poſt vocationes, & ſatiſdationes receptas,ille ante:vt patet ex ordine titulorum,qui eſt ſeruãdus:vt s̃.de ſtatu ho.l.2. Accur.*

I. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Edictum.*

AEquiſſimum putauit prætor, [h] dolum eius coërcere qui impedit aliquem iudicio ſiſti. Feciſſe autem dolo malo nõ tantùm is putatur, qui ſuis manibus vel per ſuos [i] retinuerit: verùm
B qui alios quoq; [k] rogauit vt eum detinerent vel abducerẽt ne iudicio ſiſtat: ſiue ſcientes, ſiue ignorantes quid eſſet quod cõminiſceretur. [l] Dolum autẽ malũ ſic accipimus, vt ſi quis veniẽti ad iudiciũ aliquid pronunciauerit triſte, propter qđ [m] is neceſſe habuerit ad iudiciũ nõ venire, teneatur edicto: quamuis [n] quidã putent ſibi eum imputare, qui credulus fuit.

Non videtur intereſſe eius qui aduerſus obligationem tutus eſt
C exceptione. Bartolus.

Si reus dolo actoris non ſteterit, * non habebit reus aduerſus eum actionẽ ex hoc edicto: cum cõtentus eſſe [o] poſſit exceptione, ſi ex ſtipulatu cõueniatur de pœna, quòd ad iudicium nõ venerit: aliter atque ſi ab alio [p] ſit impeditus. nam actionem propoſitam aduerſus eum [q] exercebit.

Quando plures tenentur ad intereſſe, vnius ſolutio liberat aliũ. Bartolus.

D Si plures dolo fecerint, omnes tenentur. ſed ſi vnus præſtiterit

Hoc titulo qui dolo malo fecit quominus is qui cauerat iudicio ſiſti in diẽ locumque certum, eo die locóve ſiſteret, in eum datur actio in id quod intereſt, quæ pro pœnali habetur, vt exponam 25.titu.6.Cuia.

AEquiſſimũ.] CASVS. Vocaui te ad ius: & cum deberes certa die venire ad iudiciũ, quidam impediuit te quo minus ad iudiciũ venires. tenetur quidẽ ille eximens, ſi dolo malo faciat per ſe, vel p alios. vnde ſi aliquis tibi aliquid triſte denunciet, hoc edicto tenetur. Vnde pone quòd dolo mei actoris nõ feciſti: nõ poteris quidem me conuenire.ſed ſi cõuenio te ad pœnã, habebis exceptionem.Item ſi ſeruus tuus eximit debitorẽ meum ne veniat in ius:teneberis actione noxali. Cõſequenter dicit ꝙ heredi vocãtis intra annũ datur hæc actio in factũ. Item datur contra heredem eximentis, in id quod peruenit ad eum ex dolo defuncti, qui exemit. Viuianus.

* Stiterit legit Gellius lib.2.noct. Attic.cap.14. vt &.ј̃. hoc titu.ſæpe ſtitit pro ſtetit.

h *Prætor*.in quodam edicto,cuius verba non habemus.

i *Per ſuos*. ſcilicet ſeruos.

k *Alios quoque*. Not. quòd qui per alium facit, ipſemet feciſſe videtur: vt.ј̃.ad leg.Aquil.liber homo.ij.in prin.&.ј̃. de vi & vi arma.l.j.§.deieciſſe.&.s̃. de iuriſdi.om.iudi.ſi quis id.§.pen.&.s̃. ne quis eum qui in ius voca.l.ſi per alium.in princip.& de admi. tuto.l.ita tamen.§.geſſiſſe autem.verſic.geſſiſſe enim.

Facere quis videtur qđ per alium facit.

l *Comminiſceretur*. id eſt quod fieret, vel quod detineretur. Arg. contra.ј̃.de adquiren.hered.cum quidam.§.penultimo.

m *Propter quod*. id eſt ſi fuiſſet verum, non habebat iſte neceſſe venire:vt ſupra de in ius vocan.l.ij.in fin.& facit infra de vi & vi arma.l.vim facit.

E n *Quamuis*. iſtud quamuis, non correctiuè eſt intelligendum: ſed aduerſatiuè tantùm.licèt enim nimiũ credulus fuerit in culpa,eximens tamen fuit in dolo.vnde doli ad culpam non eſt bona compenſatio:vt.ј̃.ad legem Aquil.item ſi obſtetrix.in fine.& l.qui foueas. §. hæc tamen actio. &.l. ſi putator. quamuis culpa cum culpa,dolus cum dolo compenſetur:vt.ј̃.eo.l.fi.§.pe. Item not.hîc non debere aliquem eſſe nimis credulum:vt.ј̃.de in rem ver.l.iij.§. ſed ſi ſic accepit.C.de accu.l.fi.in princ.&.ј̃. quod fal. tu.authore.ſi id inquit.arg.ј̃.de lib.leg.l.quod mihi.Accur.

Credulitas nimia reprobatur.

o *Contentus eſſe*.Not.contentum exceptione.ſic.ј̃.vt in poſſ.leg. l.j.§.ſi debitori.arg.contra.ј̃.de lib.leg.quod mihi.Accur.

p *Ab alio*.ſcilicet priuato.ſecus ſi à magiſtratu: vt infra eodem titu.l.ij.§.fina.&.l.iij.Azo.

q *Aduerſus eum*.id eſt aduerſus ſe exemptum, exercebit contra eximentem:vt quod reddet actori,conſequatur ab eximente:vt infra titu.j.l.iij.& ſecundùm hoc dic propoſitam actionem, ſci-

pœnam, [a] cæteri liberantur:cum nihil interſit. Serui nomine [b] ex hac cauſa noxali iudicio agendū, omnes conſentiunt. Et heredi datur,ſed nō vltra annum. [c] Aduerſus heredē autē hactenus puto dandam actionem, vt ex dolo defuncti heres [d] non lucretur.

B

Ex facto ſerui dominus tenetur ſciens in ſolidum: aliàs noxaliter. Bartolus.

II. PAVLVS *libro ſexto ad Edictū.*

SI actoris ſeruus domino ſciente,& cum poſſit,non prohibēte,dolo fecerit quò minus in iudicio ſiſtam, Ofilius dandā mihi exceptionē aduerſus dominum ait: ne ex dolo [e] ſerui dominus lucretur. Si verò ſine volūtate domini ſeruus hoc fecerit,Sabinus noxale iudicium dandum ait:nec factum ſerui domino obeſſe debere, niſi hactenus, vt ipſo careat, quando ipſe [f] nihil deliquit.

C

Si impeditus venire ad iudiciū, cum tempore liberetur,cōtra impedientem actio datur: & ſi non fuerit ſoluendo, in priſtinum debitorem actio reſtituitur.

III. IVLIANVS *libro ſecundo Digeſtorum.*

EX hoc edicto [g] aduerſus eum qui dolo fecit quò minus quis in iudicium vocatus ſiſtat, in factum actio,cōpetit quāti actoris [h] interfuit eum ſiſti. in quo iudicio deducitur ſi quid amiſerit actor ob eam rem: veluti ſi reus tēpore dominium rei interim ſibi adquirat, [i] aut actione liberatus fuerit.

D

Planè ſi is qui dolo fecerit quò minus in iudicio ſiſtatur, ſoluendo non fuerit:æquū erit aduerſus ipſum reum reſtitutoriam actionem [k] competere: [l] ne propter dolum alienū reus lucrū faciat, [m] & actor damno adficiatur.

Hæc actio poteſt actori & etiā reo ſimul contra diuerſos competere. Bartolus.

Si & ſtipulator † dolo Titij, & promiſſor dolo Mæuij impeditus fuerit quò minus in iudicio ſiſtatur: vterque aduerſus eum cuius dolo impeditus fuerit, actione in factum [n] experietur.

Dolus cū dolo cōpenſatur. Bart.

Si & ſtipulator dolo promiſſoris, & promiſſor dolo ſtipulatoris impeditus fuerit quò minus ad iudicium veniret: neutri eorum prætor ſuccurrere debebit, ab vtraq; parte dolo compenſando. [o]

Hæc actio contra impedientem datur ad intereſſe, licèt promiſſio fideiuſſoris minorem quātitatem contineat. Bartolus.

Si à fideiuſſore quinquaginta ſtipulatus fuero [p] ſi in iudicium reus non venerit, petiturus à reo centum,& dolo malo Sempronij factum fuerit ne in iudicium reus veniat:centū à Sempronio conſequar. [q] tanti enim mea interfuiſſe videtur:quia ſi veniſſet in iudiciū, actio mihi centū aduerſus reum, vel aduerſus heredem eius competebat: licèt fideiuſſor minorem ſummam mihi promiſerit.

---

licet in genere, non in ſpecie: cum altera ſit ex ſtipulatu ad pœnam:altera in factum ad intereſſe. Vel dic propoſitam actionem ſcilicet in edicto: vt infra eo.l.fina.in principio.

a *Pœnam.* i. intereſſe: vt hîc ſubiicit: quæ pœna eſt regulariter reſpectu ſoluentis, non recipientis. ſi autē ex vtraque parte eſſet pœna, vnus alium non liberaret: vt infra ad.l. Aquil. l. item Mel. §. ſi plures. &.s̃. de iuriſdi. om. iudi. l. adeo. &. s̃. ne quis eum qui in ius voca.l.pen.§.fina. &.l. fina.quæ ſunt cōtrarię. fallit in caſu, vbi licèt ſit pœna hincinde, tamen vnus ſoluēdo aliū liberat: vt infra quod me.cau. ſi cum ex.§.finali. & lege ſequēti. & facit ad hunc. §. infra quod vi,aut clam.ſemper. §. ſi in ſepulchro. & infra de leg. j. ſi ex toto.§.ſi ita ſcriptum.

b *Serui nomine.* qui dolum adhibuit quo minus quis in iudicio ſtaret. Accurſius.

c *Non vltra annū.* quādo nil ad eum eximentem peruenit. aliàs ſit: vt.j̃. de act. & oblig.l. in honorariis.in prin.

d *Heres nō lucretur.* Sed qualiter ad heredē ex hoc maleficio aliquid peruenire poteſt? Reſpon. pone quòd rem meam poſſides,& vſucapis: & poſtea inſtituit te aliquis heredē, & rogauit vt eandē alicui des.adita hereditate cōuenio te rei vēdi. legatarius volens rem habere, vt compleatur vſucapio,dolo fecit ne heres in iudicio eſſet: ſicq; cōpleta eſt vſucapio, & rem ſibi legatā habet. ſic ergo agitur cōtra heredē legatarij: quia propter maleficiū defuncti habet quod aliàs non haberet.i.occaſione maleficij conuenio heredē,ſecundum Azo. Vel dic breuius,quòd aliquis exemit per pretiū:quod pretiū ad heredē peruenit:vel dic ꝙ fideiuſſor reum exemit:& ſic ad heredem fideiuſſoris liberatio peruenit:vt.j̃.de dol.l.in heredem.&.l.itaque.&.j̃.quod me.cau.illud.Item ei quod hîc dicit, non dari in heredem, eſt cōtra.j̃.de dam.infect.l.ſi quis miſſum. §.actio.ſed ibi ad heredem videtur perueniſſe: cum heres poſſit, offerendo cautionem, euitare actionem, vel aduerſarium recipiendo:vt.j̃.ne vis fi.ei qui in poſſeſſ.miſſ.l.j.§.j.&.§.fi.

SI *actoris.*] CASVS. Vocaui te ad ius: & cū certa die ſiſtere deberes,illa die ſeruus meus te impediuit quo minus ſiſteres:& me ſciente. ſi conueniam te ad pœnam: habebis aduerſum me exceptionē doli.Si verò hoc ignoraui,potero illum ſeruum dare tibi pro noxa.Item poteſt poni in perſona alterius. Viuianus. E

Lucrari non debet quis ex ſuo dolo.

e *Ne ex dolo.* Not.quem non debere ex ſuo dolo, vel quaſi ſuo, lucrari: vt.j̃.titu.j l.ſi duo.in princip.&.j̃. de recep.arb.l.ita demum.in princip.&.s̃.l.proxi.§.ſi reus. Item facit ad hanc.l.j̃.de noxa.l.j.&. C.de noxa.ſi ſeruus. &. j̃.de fur.l. ſi ſeruus communis.in princ.&.s̃.ne quis eum qui in ius vo.l.j.in prin.

f *Ipſe.* ſcilicet dominus.

EX *hoc edicto.*] CASVS. Feci te vocari ad ius:& tenebaris mihi tēporali actione:& iudex præcepit tibi,vt tertia die ſiſteres. tenebitur Titius mihi qui exemit,ad omne intereſſe meum,& in id quod perdidi per actionem amiſſam: & hoc per actionem in factum.ſed ſi Titius non poteſt mihi ſatisfacere,reſtituetur mihi actio amiſſa in te veterem debitorem.Sed pone quòd Titius me impediuit venire ad iudicium: & Mæuius te impediuit.ego potero aduerſus Titium, & tu aduerſus Mæuium agere.Sed pone, impediui te,& tu me: compenſabitur dolus meus cum tuo.Sed pone, tu dediſti mihi fideiuſ.qui promiſit te ſiſtere cum te ad.c. cōuenirem:& ſi non ſtes, promiſit.l.nomine pœnę.Sempronius poſtea impediuit quo minus ſtares. potero quidē aduerſus Sempronium in.c.agere, à fideiuſſore nihilo minus quinquaginta cōſecuturus.

g *Ex hoc edicto.* quod non habemus, niſi vt colligitur ex rub.

h *Quanti actoris.* nec minus cōpetit ipſi reo auxilium: vt ſupra eo. l.j.§.ſi reus Accur.

i *Adquirat.* Sed nōne perpetuata eſt actio etiam ſecūdùm has. ll. vt infra de actionib. & oblig. l. conſtitutionibus.&. C. de præſcrip. triginta annorū, cum notiſſimi. in princip. Reſpon.ibi conuentus fuit precibus porrectis trāquillitati principis: vt.C. quando li.princ. da. l. j. &. ij. vel quod eſt tutius, hîc non fuit conuentus per executorem: ſed per ſimplicem denunciationem aduerſarij, cui ſatiſdedit quòd ad cauſam veniret. Vel dic quòd iure veteri non perpetuabatur per executorem: arg. ſupra de offic.præſi.l.ſenatuſconſulto. ſed fiebat tranſitoria ad heredes: & ſic loquitur lex illa, conſtitutionibus. &.l. cum notiſſimi. &. l. ſicut.C.de pręſcrip.xxx. an.eſt ius nouum: ſed ſola conteſtatio interrumpebat olim actionem: vt in. l. ſenatuſconſul. Vel dic vt diximus infra ex qui.cauſ.ma.l.ait prætor.§.fin.&.l.ſequen.

† Cōtor. tex.in.l. viro atque vxore. & in. l. cum mulier. ff. ſol. mat. per cano. in c. intelleximꝰ. de adul.facit glo.in.c.cupientes. in verb. malignantiū. de elect. in 6. per doct. in c. ſicut. de iureiuran.

k *Actionem.* vtilem, quæ primò erat directa, habita reſtitutione in integrum ex clauſula generali. Vel dic directam: quia ipſo iure non fuerat amiſſa: vt infra de act.& oblig.l.obligationum fere.§.placet.

l *Competere.* facit infra de leg.j.planè ſi filium.§.j. in fin.& infra de inſtitu.l.ij.

m *Lucrum faciat.* facit.j̃. quod me.cau. ſi cum exceptione.§.Pedius.&.j̃.de reg.iur.l.non debet alteri.&.l.alterius circunuētio.

n *In factum.* Quæritur qualiter hoc caſu reus aduerſus eum cuius dolo factum eſt quo minus ſiſtat in iudicio, actionē habeat. Itē quid per eam conſequi poſſit,cum hoc edictum intereſſe cōtineat.Eius autē nihil intereſſe videtur,cum actori non teneatur ex ſtipulatione iudicio ſiſti:quia per eum nō eſt factū quo minus ſtetiſſet.Nam & ſi veniſſet,nō eſſet cū quo litigaret, ſecundū M. vt.j̃.de arbi.l.arbiter Kalēdis. ſed fortè aliud erat in hac ſtipulatione iudicio ſiſti:argu.j̃.tit.j.l.ij.§.fin.&.l.ſequen.ſecundū.H.

o *Dolo compenſando.* Not.dolum dolo compenſari:vt.j̃.de dolo. ſi duo.&.j̃.de contrahen.empt.ſi domum.in fin. Item delictum cum delicto:vt.j̃.ſolu.ma.l.viro.Item negligentiam cum negligentia: vt.j̃.de compenſa.ſi ambo.in prin.Item pœnā cum pœna:vt.j̃.de reg.iur.cum par.§.fi.non autē pudicitiā pudicitia: vt. j̃.ad legem Iul.de adul.l.j.§.ſi publico.&.l.ſi vxor.§.iudex.

p *Stipulatus fuero.* ſcilicet nomine pœnæ. Accurſius.

q *Conſequar.* Sed hoc videtur falſum eſſe in eo caſu. cum enim actor à reo fuerit ſtipulatus iudicio ſiſti,& reus à Titio impediatur, atque

tur,atq; ideo actio expiret: habet ergo actor aduerſus reū liberatū actionē ex ſtipulatu ad intereſſe:vt.ſ̄.ſi quis in ius voc. non ie.l.fin.&.ℨ.titu.j.l.ſecunda.§.fin. &.l.iij. vnde non debet teneri is qui impediuit.Reſpō.licet reus teneatur,nihilominus tamē & ille.nam ex diuerſa cauſa tenetur:& intereſt actoris plures habere debitores: vt.ℨ. de lib.le.ſi quis decedens. §.fin. vno tamē ſoluēte alius liberatur cum ad intereſſe agitur: vt. ſ̄.eod.l.j.§. ſi plures. [a] Item poteſt eſſe ꝙ reus nō promiſerit:vt. hac. l.ſed ſi exegero intereſſe ab eximente:an poſſim exigere quinquaginta à fideiuſſore? Reſpon.nō videtur: vt.ℨ. tit.primo.l.ſi duo. §.ſi duo.Vel dicas ꝙ vtrūq; præſtatur. nec enim pœna fideiuſſoris releuat ipſum eximentē ab intereſſe:nec econuerſo:quia ob delictū ſuū ſoluit eximens.Vel dic ꝙ fideiuſſor non erat ſoluēdo.ſed melius eſt vt dicamus creditorē habere pœnam ex ſuo prouidenti animo: & ideo actorē non impediri centum petere ab eximēte: quia tantùm ſua intereſt:nec contra videtur. ℨ.de act. emp. l.prædia.quę eſt cōtra. nam ex diuerſis cauſis pendent obligationes eximentis & fideiuſſoris:at fideiuſſoris & rei, ſeu ſortis & pœnæ ei accedentis. non: vt in.l. prædicta: ne dicat quis hunc fideiuſſorem liberatum propter reum: & ſic propter eximentem qui ſuccedit loco rei in intereſſe toto.nam ex alia cauſa quàm reus tenetur eximens: imò ideo dicitur teneri,quòd reus liberatur.Azo.

†.ı.in iure. a] Dic quòd ibi loquitur in pluribus obligationibus ex eadē cauſa, non diuerſa: vt infra patebit. Paulus.

*Paſſus eſt quinque pedum.gl.& Bar.in.l.j.ff. de verb.& re.ſig.ſecundū Bar.Ang.& alios hic. pes autē eſt. 16. digitorū. text.eſt & ibi glo.expreſſa in ca.ſicut.1.17.q.4.

†aliàs ſi modò prius.

SI QVIS CAVTIONIbus in iudicio † ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.

TITVLVS XI.

Abſenti ad veniendum pro ſingulis viginti miliaribus vnus dies eſt ſtatuendus.Bartolus.

I. Gaivs *libro primo ad Edictum Prouinciale.*

VIcena milia paſſuum * in ſingulos [a] dies dinumerari prætor iubet,præter [b] eum diē quo cautū promittitur, & in quē ſiſtere in iudicium oportet. nam ſanè talis itineris dinumeratio neutri litigatorum oneroſa [c] eſt.

Per tranſactionem à cautione de iudicio ſiſti contingit liberatio: & ſi erat commiſſa, paratur exceptio.

II. Vlpianvs *libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum.*

NOn exigimus reum iudicio ſiſti, ſi negotium propter quod iudicio ſiſti promiſit, fuerit tranſactum. [d] ſed hoc ita, ſi non priùs † id negotium tranſactum ſit,quàm ſiſti [e] oporteret. Cæterùm ſi poſtea tranſactum eſt, exceptio doli opponi debet. [f] Quis enim de pœna [g] promiſſa laborat poſt negotiū tranſactū? [h] cum etiā trāſacti negotij exceptionē putauerit [i] quis nocere, quaſi etiā de pœna tranſactū ſit: niſi contrariū ſpecialiter partibus placuerit.

B Impeditus impedimento publico & neceſſario, in pœnam non incidit cum effectu.Bart.

Si quis municipalis muneris [k] cauſa ſine ſuo dolo malo impeditus,in iudicio ſecundùm ſuā promiſſionem non ſtetit:æquiſſimum eſt tribui ei exceptionem. Simili modo & ſi ad teſtimoniū deſideratus,ad iudicium occurrere non potuit, [l] erit ei ſubueniendum.

Si iuſtum impedimentū ſuperueniat in perſona eius qui ſiſtere debet,vel in itinere,vel in loco vbi debet ſiſtere, abſq; culpa promiſſoris,ei exceptio cōceditur.Bart.

C Si quis iudicio ſe ſiſti promiſerit: & valetudine, vel tempeſtate, vel vi fluminis prohibitus ſe ſiſtere non poſſit: exceptione adiuuatur. [m] nec immeritò.

SI QVIS CAVTIONIBVS IN IVDICIO ſiſtendi cauſa factis non obtemperauerit.

Nota quòd ſuperiora edicta locū habēt quādo dolo vel vi alterius factum eſt quo minus quis in iudicio ſiſtat:hoc autem,quādo per caſum fortuitum.

Hoc verò titulo demonſtratur cōmitti pœnam ſtipulatione comprehenſam aduerſus promiſſorem qui deſeruit promiſſionem iudicio ſiſtendi cauſa factam,ſi modo non excedat duplum. hic enim eſt pœnæ modus legitimus in caſibus certis. In incertis vero modus pœnæ datur prætoris arbitrio. At deſerentem excuſant certæ cauſæ quæ hoc titulo explicantur. Cuiac.

VIcena milia.] casvs.Feci te ad ius vocari: tu petis ſpacium,quia vis ire domum.debet quidē iudex dare viginti miliaria pro ſingulis diebus: nec computabitur dies in quo fuit interpoſita ſtipulatio:nec dies in quē ſtatutū erit.Viuia.

a *In ſingulos.* i.pro ſingulis diebus dantur viginti miliaria.mille enim paſſus faciūt miliariū: vt hîc, &.ℨ.de verborū ſignificatione.l.in itinere.&.l.mille paſſus.&.inſtit. de excuſatio. tuto.§.qui autē.Sed videtur hoc ſtare non poſſe. nam aut litigatores cōueniunt de certa die, & tunc id ſeruabitur: vt.ℨ. de verbo.obligat. cōtinuus.§.cum ita.in fine. & de verborū ſignificatione.l.tertia. aut non:& tunc iudex ſuo arbitrio ſtatuet:vt.ſ̄. qui ſatiſdare cogantur.l.de die.Reſpon.in arbitrio iudicis eſt:vt ſecundùm hāc. l.ipſe diſtribuat.in hoc enim verſatur eius arbitrium.vel dic,hoc ſpatium datur ad veniendū.aliud datur ſpaciū ad deliberandum, pro arbitrio iudicis.Item hîc in iudiciis:in contractibus ſecus:vt dicta.l.cōtinuus.§.cum ita.licet in cōtractibus quidā dicāt idē.

b *Præter eum.* id eſt dies ille nō debet numerari in quo ille promittit iudicio ſiſti: & ille ſimiliter in quo ſiſtere debet.vel aliter ille dies non debet ei numerari in quo ille promittat cautū fore: ſubaudi,& cum effectu: ſcilicet eo die in quo ſiſtere debet in iudicio: hoc eſt eo die quo lis cōteſtatur. nam illa die cum effectu promittitur iudicio ſiſti.ſic.ℨ.de actionibus & obligationibus.l. cum quis. & ſic ablatiuus, quo, & accuſatiuus, quem, eundem diem ſupponunt.vel breuius,& pro etiam ponitur:& erit idem.

A c *Oneroſa.* Not.iudicem [b] id debere facere quod non ſit partibus oneroſam.ſic in authen.de appel.§.j.col.viij.

b] Adde ad iſtam gl.& text.id quod no.in.l. continuus.§.cū ita.de verbo ob.vno etiā alio addito, ꝙ conceſſio dilationis maximè ſecūdæ, debet fieri cū cauſæ cognitione.Bolog.

NOn exigimus.] casvs. Vocaui te ad iudicium:& promiſiſti ſub pœna ſtatuta: & certa die ſtare debebas.trāſegiſti ante diem qua ſiſti oportebat. non teneris amodò ſiſtere:necpœnam ſi non ſiſtas, præſtare: ſed es ipſo iure liberatus. Itē ſi poſt diē quo ſiſtere debebas,tranſegimus: habebis quidē aduerſum me exceptionem ſi te conuenio ad pœnā. [si qvis] Tu in iudicio non ſtitiſti: quia magiſtrat⁹ factus fuiſti, vel quia ſubiſti aliud munus.habes exceptionē ſi cōueniam te ad pœnā. Item fuiſti vocatus vt ferres teſtimoniū. nam & tu habes exceptionē contra me agentem ad pœnā. [si qvis] Tu nō veniſti ad iudicium propter tempeſtatem, vel vim fluminis, vel propter infirmitatē. excuſaberis quidem.Item ſi mulier non ſtetit quia grauida erat,excuſabitur: quia habebit exceptionē. idē in furioſo,qui habet exceptionem. [qvod dixi-mvs.] Hic vult exponere qualiter intelligatur vis & tēpeſtas. ſuperiora locum habēt, quòd excuſetur ſi non ſe arctauit: quia ſi fecit, non ſuccurritur ei: & modū tenere debet: quia nec multùm ante venire debet, nec multùm tardè. [qvid enim] Dicit hîc, quòd ſi tu eras in loco vbi debebat ius reddi, puta Romæ, & iuxta municipium, & voluiſti per aliam viam venire: tibi non ſubuenitur: niſi fuerit breue tempus: nec enim habebis exceptionem.ſimiliter vocaui te ad ius,& cum certa die ſtare deberes,magiſtratus te impediuit D vel retinuit te quo minus venires.habebis quidem exceptionē.ſi vero dolo tuo factum eſt, non habebis exceptionem. ſed ſi aliquis puta Titius te detinuit,teneberis quidem ad pœnam,& Titius tenebitur tibi.h.d.vſque ad.l.ſed & ſi quis.Viuianus.

d *Tranſactum.* ſcilicet poſt promiſſionem,non ante: vt infra eo. ſi eum.j.reſpon.& facit ad hoc reſponſum ſupra de in ius vocan. l.neque.§.qui in ius.

e *Siſti.* quo caſu ipſo iure non tenetur, ſed in ſequenti tenetur: ſed ex æquitate datur exceptio: vt infra de verborum obligatio.cum ſtipulatus ſim.& infra loca. & conduc.cum in plures.§. lege dicta.Accurſius.

f *Debet.* ſcilicet in ſorte: & ſubaudi idem in pœna

g *Quis enim de pœna.* quaſi dicat, nullus, vt hîc &.ℨ. de eo quod certo loc.l.finali in fine.&.l.centum.&. C.depoſi.l.quarta. &.ℨ. de arbi.l.Celſus.ij.reſpōſo.&.l. non diſtinguemus.§. itē non eſt. &.ℨ.eo.l.ſi duo.§.fina.&.ℨ.ſi certum peta.l.lecta.§.ſed cum ſortis. E &.ℨ.de libera.lega.l.non ſolum.§.illud.&.ℨ.de operis noui nunciatione.l.prima.§. item quæritur. Argu.contra.ℨ.de verborum obligatio.l. cum ſtipulati ſumus.&. C. de iudi. l. prima. Sed ibi nec ſolutum erat,nec tranſactum quo minus curret vſura. Item arg.contra.ℨ.de eo quod certo loco.l.tertia.§.item Iulianus.ſed ibi non ſoluerat vbi debuerat:& ideo nō habetur pro ſoluto,vel trāſacto.& plenè dicas vt.ℨ.de eo quod certo loco.l.fin.in fine.

h *Negotium tranſactum.* de ſorte

i *Putauerit quis nocere.* in pœna etiam,nedum in ſorte.

k *Muneris.* ad quod inuitus cogitur: vt.ℨ.de mu.& ho.l.ſi quis magiſtratus.& in auth.de defen.ciui.§.interim,colla.tertia.

l *Non potuit.* quia inuitus ad teſtimonium reddendum cogitur: vt hic,&. C.de teſti. ſiquādo.&.ℨ.de tabu.exhi.locum.§. hoc interdictum.verſic.exhibere.&.ℨ.de teſti.inuiti.&.l.lege Iulia.

Inuitus quis teſtimoniū reddere cogitur.

m *Adiuuatur.* Not.iuuari valetudine impeditum: vt hîc,& infra quibus ex cauſis ma.l.ſi cui.in fine. & infra de excuſa.tuto.l.

UNED

non ſolum.§.vltimo.&.ĵ.ad.l. Rho.de iact.l.finali.§.idem iuris. Sed quid ſi potuit mittere procuratorem?argu.huius.l.non obeſt ei ad hoc quòd mittere teneatur.argu.tamen contra infra de mino. Papinianus libro ſecundo reſponſorum ait, exuli. & infra ex quibus cauſis maio. ſed & ſi per.§. aduerſus. ſed ibi ex iniuſta cauſa abeſt.Item argu. contra.ĵ. de diuer. & temp.præſcript.lege.j. ſed ibi in actore q̃ preuidere potuit quando cœpit agere. Itē vnum eſt pro eo: quia vtiles dies ei dantur.aliud ergo ſi contra eum: vt ſufficiat quòd procuratorē poſſit mittere. A

cum enim in tali promiſſione præſentia opus ſit, quemadmodum potuit ſe ſiſtere, qui aduerſa valetudine impeditus eſt? Et ideo etiā lex duodecim tabularū, ſi iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico [a] impediatur, iubet diem iudicij eſſe diffiſſum. † [b]

Satis ſummatum eſt per ſummarium præcedentis.§.

B Si non propter valetudinē mulier non ſteterit iudicio, ſed quòd grauida [c] erat: exceptionem ei dandam Labeo ait. Si tamen poſt partum decubuerit, probandum erit quaſi valetudine impeditam. Idem eſt & ſi quis furere cœperit. nam qui furore impediatur, valetudine impeditur. Quod diximus ſuccurri etiam ei qui tempeſtate aut vi fluminis prohibitus non venit: tempeſtatem ſic intellegere debemus, ſiue maritima, [d] ſiue terreſtris ſit. tempeſtatem intellegere debemus talem, quæ impedimento ſit itineri, vel nauigationi. Vis fluminis etiā ſine tempeſtate accipienda eſt. Vim fluminis intellegimus & ſi magnitudo eius impedimēto ſit, ſiue pons ſolutus ſit, vel nauigium nō ſtet. [e] C Si quis tamen cum poſſet non incidere in tempeſtatem, vel in fluminis vim, ſi antè profectus eſſet, vel tempore oportuno nauigaſſet, ipſe ſe artauerit: [f] nunquid exceptio ei minime proſit? quod quidem cauſa cognita erit ſtatuēdum. Nam neque ſic artandus ſit, vt poſſit ei dici cur non multò antè profectus es, quàm dies promiſſionis veniret? neque iterum permittendum ei ſi quid ſit quod ei imputetur, cauſari [g] tēpeſtatem, vel vim fluminis. [h] Quid enim ſi quis cum Romæ eſſet ipſo tempore promiſſionis ſiſtendi, nulla neceſſitate vrgen- D

† ſic Flor. vt rectè monuerat Politia.ca.1. Miſcel.ſic loquitur Gell. lib. 20.ca.1. & li. 14.ca.2.malè Budæus diffuſum.not. Cuiac.lib.3. obſ.ca.vlt.

a *Sontico.* morbus ſonticus, eſt morbus nocens cuilibet rei quam quis agere vult: vt.ĵ. de re iudi. quæſitum. &.ĵ. de verbo. ſignifi. l.morbus.

b *Diffiſum.* id eſt differendum.

c *Grauida.* Sed nonne ſe arctauit ad hoc? videtur ergo quòd ei nō proſit:vt.ĵ.eo.§.ſi quis tamen. Sed dic q̃ duplex ratio eā excuſat. prima, quia lex pepercit vitio naturali mulieris:quod vitiū naturale nō imputatur mulieri: vt.ĵ. de dam. infect.l. fluminū.§.vitiū. &.ĵ.ad.l.Aquil.ſi ſeru⁹ ſeruū.§.ſi fornacarius. & arg. contra in auth. de reſti. & ea quæ par. in.xj. men. poſt mor. vi.§.fina. colla. iiij.ibi, porro,&c. Item quia debitū viro reddit, ad quod iure diuino tenetur,quod noſtræ leges imitātur: vt in authen. vt cle. apud pro. epiſ.§.ſi.col.vj.

Leges ius diuinum imitantur.

d *Marina.* aliàs maritima:& tunc expone.i. marina.Accurſius.

e *Vel nauigium non ſtet.* quo flumē traiiciebatur:quos quādoq; pōtones appellam⁹:vt.ĵ. de ſer.ruſt.prædio.l.ſi.

f *Artauerit.* arg.quòd non ſuccurritur ei qui in neceſſitate ſe poſuit: vt diximus.ſ. qui ſatiſdar.cog.ſi fideiuſſor.§.j. & facit infra qui. ad liber.procla.nō licet.l.pe. & quod vi aut clam.l.aut qui.§.j.&.ĵ. de dam.infect.cū poſtulaſſem.in prin.&.ĵ. de adqui.here.is qui. E

g *Cauſari.* id eſt allegare.

h *Vel vim fluminis.* nota, vitatur amaritudo,& ex duobus contrariis fit optimum temperamentum.ſic infra de verbo. obliga. l.continuus.§. item qui inſulam.

i *Patrocinetur.* reſpon.vtique.

k *Anguſtiæ.*i.nimia breuitas temporis. non enim dat tantū exceptionem temporis breuitas, ſed etiam ipſo iure reddit quandoque inutilem ſtipulationem: vt inſtit.de verbo.oblig.§.loca. & infra de verb.obli.continuus.§. cum ita. &.l.fin.§.ſi inter eos. ſecus in legatis: vt infra de lega.j.ſi mihi & tibi.§.ſi quis ſeruos. vel ibi poteſt dici quòd non intra tres primos dies ſtatim hoc præcipiebatur: ſed intra tres proximos dies morti.

l *Periculoſam.* quia flumina creſcebant. Accurſius.

m *Retentus.* & fortè etiam in vinculis: vt.C. qui.ex cau.ma.l.ſi idcirco.vel etiā non in vinculis:vt.ĵ.quod fal.tu.auth.l.interdū. &.l.nouiſſimè.§.j.verſi.quid enim.& hoc ſi magiſtratus iuſtè retineat eū: vt.ĵ.ad legē Aqui.quemadmodū.§.magiſtratus.& de iniur.l. iniuriarum.§.j.in glo.non videtur. aliàs ipſe tenetur quia non venit: & magiſtratus ei tenetur: vt infra de iniur.l.nec magiſtratibus.ſic enim eſt vt in priuato: vt in fine huius legis, & infra l.proxi.

te voluptatis cauſa in municipiū profectus ſit? nónne indignus eſt cui hæc exceptio patrocinetur? [i] aut quid ſi tempeſtas quidem in mari fuit, terra autem iſte potuit venire, vel flumen circumire? Æquè dicendum, non ſemper ei exceptionem prodeſſe, niſi anguſtiæ [k] non patiebantur terra iter metiri, vel circumire. Cum tamen vel flumen ſic abundaſſet, vt impleſſet omnem locū in quo ſiſti oportuit, vel aliqua fortuita calamitas eundem locum euertit, vel præſentiā venienti periculoſam [l] fecit: ex bono & æquo & hîc exceptio ei adcommodanda † eſt.

Impedimentum ſuperueniens facto magiſtratus, dat exceptionem reo: ſecus ſi eſt impedimentum facto priuati cōtingens. Bart.

Simili modo exceptio datur ei, qui cum ad iudicium venire volebat, à magiſtratu retentus [m] eſt, & retentus ſine dolo malo ipſius. nam ſi ipſe hoc adfectauit, [n] vel cauſam præſtitit, [o] non ei proderit exceptio: ſed ipſius quidem dolus ei oberit, cæterorum [p] non oberit, qui malo dolo fecerunt vt retineretur. ſed ſi priuatus [q] eum detinuerit, nullo modo ei proderit hæc exceptio:

III. Pavlvs *libro ſexageſimonono ad Edictum.*

Sed actio ei datur aduerſus eū qui detinuit, in id quod eius intereſt. [r]

Capitalis condemnatio, vel relegatio, eſt iuſta cauſa in iudicio non ſiſtendi. Bart.

IIII. Vlpianvs *libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum.*

Sed & ſi quis rei capitalis antè condemnatus [f] iudicio ſiſtere ſe non potuit, meritò huic ignoſcitur. Rei capitalis condemnatum accipere debemus,

n *Affectauit.* Not. aliquid prodeſſe quod deſideratū nō prodeſt: vt inſtit.de excu.tut.§. itē tria:& infra quibus ex cau.ma.l.item hi. & l.qui data. & vt infra ſi quis omiſſ.cau.teſt.l.j. &.l. pen.&.ĵ.de accu. l.hos accuſare. in fin.j. reſpon.

Aliquid cupitum nocet quod ſecus prodeſt.

o *Præſtitit.* delinquēdo poſtea: vt infra eo. ſed & ſi.§.illud.

p *Cæterorum.* ſcilicet magiſtratuū, ſecūdùm Io.vel dic.ſcilicet actorum: quia tunc exceptionē haberet: vt.ſ. tit.j.l.j.§.ſi reus.& hoc innuit ſequens litera.

† Pandect. accommodanda. Taurel.in adnotat.

q *Sed ſi priuatus.* ſcilicet alius quàm actor: vt modo dixi.

r *Sed actio. Intereſt.* Sſ.detentum non eſſe: vt.ſ.tit.j.l.ex hoc edicto.j.reſpon.

Sed & ſi quis.] Casvs. Tu debebas certa die in iudicio ſiſtere te: & ante diem exhibitionis deceſſiſti: quia fuiſti dānatus ad mortē, vel alio modo: non teneberis quidem amodò ad pœnā quo ad fideiuſſorē & defenſorē: quia prodeſt eis. ſed ſi fuiſſes accuſatus tantùm, & nō condēnatus: nō haberes exceptionē.[plane]Si magiſtrat⁹ te detinuit, vel cum funere domeſtico iuiſti, vel captus fuiſti ab hoſtibus, propter quod in iudicio nō ſtetiſti: his caſibus habebis exceptionem. [qvæsitvm] Caſum huius.§.dic duob⁹ modis. Primo modo ſic: Vocaui te ad iudicium, & tu promiſiſti ſtare iuri: & dixi, ego ſtipulor quòd ſi tu non ſtares propter valetudinem, vel propter tempeſtatem, quòd non poſſis mihi obiicere. & poſtea ſubieci, quòd nullam aliam obiiceres. non valet quidem, ſed excuſaberis: quod eſt verum quando renunciatio eſt generalis tantùm. ſecus ſi eſt ſpecialis in omnibus vel in quibuſdam. vnde in expreſſis tātùm valet ſtipulatio: vt ſubiicit Vlpian. & ſecundùm hoc verbum deſerta, eſt nominatiui caſus.& dic deſerta, ſcilicet exceptio. Vel aliter dicas caſum, quia generaliter fuit facta renunciatio: non ſpecialiter: nec hoc caſu valet, quòd ſecundùm caſum deſerta eſt. Item cum tu poſſideres immobilia,& non tenebaris ſatiſdare, ſed ſatiſdediſti: an teneris quæritur. Et reſpon. quòd aut promiſiſti vel ſatiſdediſti errore: & tunc non teneris. aut ex certa ſcientia: & tunc teneris. Viuia.

f *Ante condemnatus.* ſcilicet ante diem exhibitionis: vt hîc, & ſupra qui ſatiſda.cog.l.ſi deceſſerit. ſecus ſi poſt: vt.ſ.qui ſatiſd. cog.ſi vero pro condemnato.quæ eſt contra. [a]

a] Solue vt ibi.

Morte.

qui morte [a] exilióve [b] coërcitus eſt. Dixerit aliquis, Quò ergo [c] hæc exceptio damnato? † Sed reſpondebitur, fideiuſſoribus eius eſſe neceſſariã, aut ſi fortè in exilium [d] ſalua ciuitate abiit, [e] vbi defenſori eius exceptio iſta proderit.

B Si quis citatus vel accuſatus eſt ex cauſa capitali, nõ eſt iuſta cauſa in iudicio non ſiſtendi. ſecus ſi detineatur. h.d.

Illud ſciendum eſt, eum qui idcirco nõ ſtetit, quia capitis reus [f] factus eſt: in ea cauſa eſſe, vt exceptione vti non poſſit. [g] damnato [h] enim datur. Planè ſi vinculis [i] vel cuſtodia militari impeditus ideo nõ ſtetit: in ea erit cauſa, vt exceptione vtatur. Præterea ſi funere quis domeſtico [k] impeditus non venit, debet ei exceptio dari. Item ſi quis in ſeruitute hoſtium fuerit, ac per hoc in iudicium non ſtetit, debet exceptione adiuuari.

Generalis renunciatio caſuum fortuitorum, non valet in iudiciis: ſecus ſi ſpecialiter exprimantur. Bartolus.

Quæſitum eſt an poſſit conueniri [l] † ne vlla exceptio in promiſſione deſerta [m] * iudicio ſiſtendi cauſa facta, obiiciatur. & ait Atilicinus conuentionem iſtã non valere. ſed & ego [n] puto conuentionem iſtam ita valere, ſi ſpecialiter [o] cauſæ exceptionũ expreſſę ſint, [p] quibus à promiſſore ſponte renuntiatum eſt. Item quæritur, quis cum iudicio ſiſtendi cauſa ſatiſdare non deberet, [q] ſatiſdatò promiſerit: an fideiuſſoribus eius exceptio detur. Puto intereſſe, [r] vtrum per errorem ſatiſdatò promiſſum eſt, an ex conuentione. C [ſ] ſi per errorem, dandam fideiuſſoribus exceptionem.

a *Morte*.ſcilicet naturali, vel ciuili: vt ſeruus pœnæ.

b *Exilióve*.id eſt deportatione.& facit.ĵ.de bon.poſ.l.edicto.§. rei autem capitalis.

c *Quò ergo*.aliàs quid ergo.& aliàs, quorſum ergo.& aliàs, quo ergo.ſ.caſu.ac ſi diceret, nil videretur prodeſſe: quia ipſo iure deportatꝰ liberatur: vt.ĵ. de fideiuſſ. ſi debitori. ſed reſpondeo fideiuſſoribus ꝓdeſſe, vt ſubiicit: quia iure cõmuni teneretur. ſ. in contractibus, cũ exceptio reo cõpetens non cõpetit ei niſi integro ſuo ſtatu: vt C.de fideiuſſ. l.j. quæ eſt cõtra. & C. de except. l. defenſiones. & inſti.de repli.§. pen. ADDITIO. Dic quòd hîc eſt ſpeciale, quòd exceptio ſeu defenſio competẽs reo, propter mutationẽ ſtatus trãſit ad fideiuſſorem, ſecũdùm Barto.

† Vide in hunc locum Anto.Aug. Emend. lib. 3.cap.6.

d *Exilium*.ſ. relegationis. ADDITIO. Quãquã mirẽtur quidam exiliũ ſalua ciuitate fieri poſſe: Accurſius tamen rectè interpretatus eſt, qui deſcribere relegatum voluerit, qui ſalua ciuitate exul erat. Cicero in oratione pro A. Cecinna. Nõ adimitur exulibus ciuitas, ſed ab eis relinquitur, inquit, atque deponitur. Nam cum ex noſtro iure duarũ ciuitatum nemo eſſe poſſit: tum amittitur hæc ciuitas denique, cũ is qui profugit, receptus eſt in exiliũ: hoc eſt in aliam ciuitatem. Ouidius quoque cum ſe relegatum diceret, ita ſe verſib. conſolatur:

Ira quidem moderata tua eſt, vitámque dediſti:
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abeſt.
Nec mea conceſſa eſt aliis fortuna, nec exul
Edicti verbis nominor ipſe tui.
Arua relegatum iußiſti viſere Ponti,
Et Scyticum profuga ſindere puppe fretum.

Alio tamen loco exulem ſe, quod notius nomen eſt, appellat. *Vade*(libro ait) *ſed incultus, qualem decet exulis eſſe:*
Infelix habitum temporis huius habe. Anto.Auguſtinus.

e *Abiit*.ſcilicet ante diem exhibitionis, & hoc caſu non eſt rei capitalis damnatus: vt.ĵ.de pub.iudi.l.ij.& de pœ.l.ij.

f *Reus*.ſcilicet accuſatus de crimine capitali. ſic.C.de procura.l. reum.&.ĵ.de adqui.here.Pantonius.§.rei.

g *Vti non poßit*.imò videtur quòd hanc exceptionem habeat: vt infra de cuſto.reo.l.ij.§.fin.Sol. exceptionem habet: vt ibi, ſi tamen vltro ſatiſdedit, tenetur: vt hîc. hoc reprobatur ibidem. Vel dic quòd ibi ita impeditus erat, quòd venire non poterat: hîc poterat. vel dic (quod eſt verius) quòd hîc commiſit crimen de quo nunc accuſatur poſtquam promiſerat ſiſtere: ibi verò ante: vt ibi probatur. Arbiter autem excuſatur propter talem cauſam ab arbitrando: vt.ĵ.de arbi.l.arbiter iudicij.

h *Damnato enim datur*.vt.ſ̃.proxi.§.q.d.non accuſato.

i *Plane ſi in vinculis*.facit C.qui.ex cau.maio.l.ſi idcirco.&.ĵ. ex qui.cau.ma.l.ſuccurritur.

k *Domeſtico*. quod dic: vt. ſ̃. de in ius vocan.l.ij.& not.ex hoc quod hîc dicit, &.ĵ. de iudi.l.interdum. quòd vxor [a] eſt domeſtica: & ideo à teſtimonio repellenda: vt C.de teſti.l.etiam.

a] Nota ꝙ vxor, tanquã domeſtica, repellitur à teſtimonio pro marito. cõcor. gl.in. §.ſed ſi filius. inſtit. de teſt. gl. in. l. quicũque. de re mili. lib. 12. C.gl. 1. q.3.§. item idonei.

l *Conueniri*.ſ.de iure per pactũ per quod promiſerat. & dic caſum, ꝙ quibuſdam ſpecialiter renuntiauerat, & poſtea generalẽ clauſulam ſubiecerat: vt hîc apertè dicit, & tamẽ dicit Atilicinus non valere: & eſt ratio, ſecundum M. quia iudicium redditur in inuitũ: & ideo per metũ renũtiaſſe videtur: vt.ĵ.de verb.obliga. inter ſtipulantem.§.j.quod & hic §.videtur innuere poſtea cum dicit ſponte &c. Sed & cõtra hãc rationẽ eſt.ĵ. quod met. cau.l. fin.in prin.& contra Atilicinũ eſt.ĵ.al.l.Aquil.ſi ſeruus ſeruũ.§. inquit lex.in fin. Vel pone caſum, quòd generaliter renuntiauit. & tunc dic deſerta, ſcilicet promiſſione? ſed ſecundùm primum caſum dic deſerta, ſcilicet exceptione.

m *Deſerta*.deſeritur promiſſio, cum non ſeruatur promiſſum: A vel dic deſerta, ſcilicet exceptione: vt modò dixi.

n *Sed & ego*.ſcilicet Vlpianus.

o *Specialiter*.Not.duo neceſſaria: ꝙ exprimantur, & quòd ſpecialiter.i.ſingulariter exprimãtur. ſed hoc non eſt contra Atilicinum. nam & ipſe idem reſpondiſſet. In quo ergo aduerſatur hæc aduerſatiua, ſed? dic in eo ꝙ Atilicinus hoc omiſerat, nec plenè diſtinxerat. ſic & aliàs.ĵ. ad le.Rhó.de iac.l.fi.§. pe.& fi. Item no. quòd quędam dicta ſpecialiter valẽt quę generaliter dicta non valerent: vt.ſ̃.ſi quis ĩ ius vo.nõ ie.l.j.in fi. &.ĵ.de procur.l.nõ ſolũ.in fi. &.l. Põponius.in prin.&.l. qui duos. & C. de neg. geſt. negotium gerentes.&.ĵ.de mino.illud. §.ſi talis. & in auth.de nup.§.ſoluto. coll. iiij. ibi, aut moriẽs non expreſſim &c.in gloſ. nõ expreſſim. & ĩ auth.vt om.ob.iu.ꝓuin.§.arripiat.in prin.col.v.&.ĵ. de lega.iij.l.vxorem.§. fœliciſſimo. in fine illius §. & C. de tempo. appel.l.fi.§. illud. &.ĵ. de dona.l.filiusfa.&.ĵ. de adqui.here.l.ſi quis mihi bona.§. iuſſũ. E contra quę valent ſpecialiter, valẽt & generaliter: vt.ĵ.quod iuſſu.l.j.§.j. &.ĵ. de pact. iuriſgẽ.§.itẽ ſi quis pactus.&.ĵ.cõmo.ſi vt certo.§.nũc videndũ. &.ĵ.man.l.& Ariſtoni.&.C.de præſcript.xxx.an.l.omnes. & C. quando mu.tu.of.fun.poteſt.l.fi. Item quid ſi in iudicio quædã ſunt expreſſa, poſtea generalis clauſula adiecta, an valet in ſpecificatis? Rñ. ſic: quia hîc ſola generalis negatur valere: præterea nõ debet vitiari vtile per inutile: vt.ĵ.de verb.obli.l.j.§.pe. Extrà quæro, an hoc ꝙ debeãt exprimi cauſæ ſingulariter, habeat locũ in quolibet caſu etiã extra iudiciũ, vt in contractibus: vt fuit hîc ſecundũ primã caſus poſitionẽ, ad hoc vt de omni periculo teneatur? & ait M.ꝙ.non, imò in contractibus ſufficiat generaliter ſuſcipere periculũ.& ꝓ eo.ĵ.de pact.iuriſgen.§. itẽ ſi quis pactꝰ. D &.ĵ.man.l.& Ariſtoni. Sed Io.cõtrà. dicit enim eſſe neceſſe omnes ſpecialiter dici: ſicut & in iudiciis: vt hîc, & C.depoſi.l.j.&.ĵ. ad Vell.l.iubemus. etſi alicubi inueniatur ꝙ generale pactum faciat tranſire periculũ: vt inuenitur.ĵ.commo.ſi vt certo. §. nunc videndũ.& aliàs exponit.ſ.ſpecialiter expreſſum. vel aliter.i. periculum per omnẽ culpã interueniẽs: ſiue in latã, ſiue in leuem, ſiue in leuiſſimã: nõ autẽ caſum fortuitum. quæ reſpõſio probatur euidẽter.ĵ.de neg.geſt.l.litis.§.ſi pecuniæ. & in duabus aliis legib.ſeq.& de mag.cõue.l.nõ ſimiliter.&.ĵ.de admi.re. ad ciui. perti.l.ij.§.ſi eo tẽpore. Bul.autẽ idẽ dixit quod Ioã. hoc addito, ꝙ ſi quædam ſpecificentur: ſufficiat generalẽ ſubiici clauſulã. & eſt pro eo in authẽ.vt ſine prohi.ma.debi.& cre.tu.ge.mi.§.præterea igitur.coll.v.& quod dixit hîc Atilicinus negando in iudiciis, prout dixi exceptiõe deſerta, quaſi valeat hoc in cõtractibꝰ: vt.ĵ.ad.l.Aquil.ſi ſeruꝰ ſeruũ.§.inquit lex. & hoc caſu videt̃ approbari. Sed quid ſi dicat quis, ego ſuſcipio periculum caſus fortuiti ĩ me? E Rñ. ſatis exprimitur, vt puto. ſecus ſi diceret, periculum tãtùm: vt dictũ eſt: aliàs nihil operaretur: quod eſſe non debet: vt.ĵ.de leg.j.ſiquãdo.ſed.ſ̃.operatur leuiſſimã ſaltẽ culpam. Quid ergo ſi ſui natura veniat leuiſſima. vt in commodato? Rñ. tunc dicam quòd pactum appoſitum ſuper periculo præſtando, inducit caſum fortuitum: licèt dicat de periculo: arg.d.l. ſiquando.de leg.j.ſed alij dicunt non valere, ar.huius.§.

† Not. tex. iuncta glo. ad hoc ſecũdum Bal. ꝙ confeſſio facta in iudicio, pręſumitur facta ſpõte, & nõ per vim: ideo renũciationes quas faciunt malefactores in iudicio, valent. ita voluit Dy.in. regula quod ſemel. de reg. iur. in ſexto. Bolo.

* ſic Flor.& in vulg.rectè perperã Alcia. diſerta.

p *Expreſſæ ſint*.omnes: quod difficile eſt: vel illæ de quibus nominatim renuntiatum eſt.

q *Satiſdare non deberet*.vt quia poſſidebat immobilia: vt. ſ̃. qui ſatiſda.cog. ſciendum. vel quia priuilegiatus eſt: vt C.de princ. agen.in re.l.fi.lib.xij.& C.de digni.quotiẽs.lib.xij.

Poſſidẽs immobilia, ſatiſdare non debet.

r *Intereſſe*.id eſt differentiam eſſe. Accurſius.

ſ *Ex conuentione*.No.quædam valere ex certa ſcientia, quę facta per errorẽ nõ valẽt: vt hîc, &.ĵ.de fideiuſſ.ſi quis poſtquã.&.ĵ.ſi men.fal.mo.di.l.j.§.ſed ſi mercedẽ.&.ĵ.vt in poſ.le.l.j.in princi.

UNED

&.§.j.&.ꝟ.de noua.ſi quis delegauerit.&.ꝟ.de lega. j. ſi res obligata.&.ſ.de le.&c ſenatuſc.quod non ratione.& C.de iur. & fac. igno.l.error.&.ꝟ.de verb.obli.ita ſtipulatus.Ecōtra quedā valēt etiā per errorē facta:vt.ꝟ.de dā.infect.ſi finita.j.rñ.&.§.Iulianus. &.ꝟ.de arbi.nō diſtinguemus.§.Iulian⁹.&.ꝟ.de cōfeſ.l.nō fatet. A

Facta per errorē quādoque valēt.

n *Submouebitur*.niſi in eo qđ pl⁹ eſt:vt modò dixi.& facit.ꝟ.de eo qđ cer.lo.l.fi.ſi.& de do.exce.apud.§.Labeo.&.ſ.e.l.ij.j.reſpō.

o *Aequè*.duob⁹ modis poteſt legi hic.§.vel ꝗ.ponat duos caſ⁹ tantū,& nō erit.§.idē erit.&c.Caſus primus erit, qñ pater actione de peculio conuentus ſatiſdedit iudicio ſiſti:& incidat in ſtipulationē, quia nō venit: &poſtea cōuētus eſt & exact⁹ filius,qui poteſt principaliter cōueniri: vt.ꝟ.de iudi.l. tā ex cōtractibus. nā nō cōuenitur pater ad pœnam poſtea. & idē ecōtra ſi egit cōtra filiū qui fili⁹ ſatiſdedit,& in ſtipulationē incidit,& poſtea pater fuit cōuētus & exactus.nā nō conuenitur amodò fili⁹ ad pœnā. Secūdò poteſt legi vt ponat quatuor.Primus nō mutatur. Secūdus erit in verbo,cōtra vt ſi ſit primò pœna petita à patre.nā nō petetur poſtea ſors à filio: vt.ꝟ.de pac.do. ſi pater §.ſi mulier.& poſt erit. §.idē erit.& etiā nō mutatur primus caſus ab eo quē prius dixi. & in fi.ſubaudi cōtra.& pones caſum quādo primò ad pœnam fuit facta exactio: vt.ꝟ. per eandem.l.de pact.dot. ſi pater.§.ſi mulier.

p *Egerit*.i.exegerit.

q *Agat*.ad pœnam.

a *Ex cōuentione*.id eſt ex certa ſcientia.

b *Nam & Iulianus*. Nōt.hîc:quod iuris eſt in toto quo ad totum, idē ī parte quo ad partem: & contra.ſic.ꝟ.de vſur.l.qui ſcit.in princ.

c *Plus quàm ſtatutum eſt*.ſ.in intereſſe: vt ecce vltra duplū per errorē promiſit,ſecundū quoſdam:vt C. de ſen. quæ ꝑ eo.l.j. quod eſt falſū: quia illud habet locū vbi quantitas vel res certa eſt in obligatione,vbi pœna nō excedit duplum intereſſe cōmunis:ſed hîc eſt factū.ſ.ſiſtere in iudicio. Alij dicunt ꝗ hîc ſtatuit iudex certam ſummā.ſed hoc eſt falſum: quia iudex ſtatuere nō poteſt ī ciuili:vt.ſ.qui ſatiſd.cog.l.ij.§.fin.ſed in criminali ſic:vt.ꝟ.de custo.re.l.iiij.Tu dic ꝗ ſtatuta eſt à iure quātitas in quā ſatiſdare debet ın intereſſe: vt.ſ.ſi qs in ius vo.l.fi. & ꝗ ſatiſda.cog.l.ij.§.fi. ſi ergo ꝑmiſit vltra vel nomine pœnæ, vel alio modo,diſtīguit vt hîc.

d *Exceptionem*. quā ꝓmiſſor opponit, quaſi pl⁹ ꝗ̄ debuit ꝓmiſerit.

e *Infirmandam*. quia ex certa ſciētia cōuenerūt:nec ob. C. de vſur. l.cum allegas. quia hîc factū erat in principali obligatione:vnde non reducitur ad legitimū modum vſurarū:vt.ꝟ.de act.emp.Lucius.

* plus.

† Per.l.1.C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt.i. ſupra duplum in caſu certo qualis erat hic caſus. Contius.

ſi ex conuentione, [a] minimè dādam. Nam & Iulianus [b] ſcribit, ſi iudicio ſiſtendi cauſa pluris * quàm ſtatutum † eſt, [c] per ignorantiam promiſſum fuerit: exceptionem dari debere. ſi autem ex conuentione tantæ ſummæ promiſſio facta ſit:exceptionem [d] pacti conuenti replicatione infirmādam [e] Iulianus ait.

Culpa vnius ex reis credendi in adquirendo nocet alteri, ſi ſunt ſocij.Bart.

v. Pavlvs *libro ſexagenſimonono ad Edictum*.

SI duo rei ſtipulandi ſunt, & vni debitor iudicio ſe ſiſti cum pœna promiſerit,alter autem impedierit: [f] ita demū exceptio aduerſus alterū [g] dāda eſt, ſi ſocij [h] ſint:ne proſit [i] ei dolus propter ſocietatem.

Si ſunt duo rei,vt pater & filius: non poteſt ab vno peti res, & ab alio intereſſe.Bart. C

Item ſi duo rei promittendi [k] ſint,& vnus ad iudicium non venerit,contempta ſua promiſſione iudicio ſiſtendi cauſa facta: actor autem ab altero rem petat, [l] ab altero [m] pœnā deſertionis: petendo pœnā exceptione ſummouebitur. [n] Æquè [o] ſi à patre facta fuerit promiſſio iudicio ſiſtēdi cauſa ex filij cōtractu,deīde de re actor egerit [p] cū filio:exceptione ſummouebitur ſi cū patre ex eius promiſſione agat. [q] Et cōtra idē erit

ſi filius promiſerit, & actor egerit cum patre de peculio.

Exceptio ſuperueniēs reo, prodeſt fideiuſſori.h.d.vſque ad finē.

vi. Gaivs *libro primo ad legem duodecim tabularum*.

SI is qui fideiuſſorē dedit,ideo nō ſteterit,ꝗ reipublicæ cauſa abfuit,iniquū eſt fideiuſſorē ob alium neceſſitate ſiſtēdi obligatum eſſe,cū ipſi [r] liberū eſſet nō ſiſtere. B

Quj fideiuſſit pro ſeruo, habet eas exceptiones quas haberet ſi ꝓ libero fideiuſſiſſet: ſaluo ꝗ ſeruus reipubl.cauſa abeſſe nō poteſt. B.

vii. Pavlvs *libro ſexagenſimonono ad Edictum*.

SI quis ſeruum in iudicio ſiſti promiſerit, vel alium qui in aliena [f] poteſtate eſt:iiſdem exceptionibus [t] vtitur, quibus ſi pro libero vel patrefamilias fideiuſſit: præterquam [u] ſi reipublicę cauſa abeſſe diceretur ſeruus. † Nā ſeruus reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt. [x] Præter hanc autem exceptionem [y] cæteræ, quia communes ſunt, tam in libero homine quàm in ſeruo locum habent.

In ſtipulationibus iudicialibus, vbi eſt dies & pœna, admittitur purgatio moræ intra modicum tempus, ſi ius actoris non eſt factum deterius.Bart.

viii. Gaivs *libro vicenſimonono ad Edictum prouinciale*.

ET ſi poſt tres aut quinq; pluréſve [z] dies quàm iudicio ſiſti D

S I is qui.] casvs. Vocaui te ad ius: & mihi fideiuſ. dediſti ꝗ ſtares in iudicio.nō ſtitiſti,quia abfuiſti cauſa reip.nec tu teneris,nec fideiuſſor tuus tenet̃.

r *Cum ipſi*.ſcilicet reo. & ſic no.quod prodeſt reo, & fideiuſſori prodeſſe debet : vt hîc, & infra de libe.leg.l.ij. & C.de vſur.rei iudi.l.fi.§.fi.& infra de except.l.omnes.

†Hinc ſumpta eſt.l.vlt. ꝟ.de reg.iur.

Fideiuſſori prodeſſe debet qđ reo prodeſt.

S I duo.] casvs. Ego & tu eramus duo rei ſtipulandi,& debitor cōmunis cū eis,promiſit mihi ꝗ ſtaret iuri: & ſi nō ſtaret,pœnā promiſit.tu hūc debitorem impediſti vt nō ſiſteret in iudicio.nō poterō petere ab iſto pœnā quaſi nō ſteterit. &hoc eſt verū ſi ſocij ſum⁹.Itē pone,duo rei ſumus,& ꝓmiſim⁹ creditori noſtro,ꝗ certa die in iudicio ſtaremus,& ego nō iui ad iudiciū.actor vindicat à te rem,& debitū exegit.vult à me petere pœnam.vtrum poſſit,quæritur.& reſpon.ꝗ non poteſt.Viuia.

f *Impedierit*.ſ.ex reis ſtipulādi.ſ.quo minus in iudicio ſiſtat.Acc.

g *Alterum*.ſ.recipientem cautionem de iudicio ſiſti.

h *Si ſocij ſint*.Hoc eſt pro nobis,qui dicimus quòd duo rei nō videantur inuicē fideiubere.nā ſi ſemper videretur fideiubere:fruſtra diceret,ſi ſocij ſint:quod plenè dices.ꝟ.ad Vellei.l.vir vxori. in fi.ſed hoc in reis ſtipulandi nō promittendi procedit. Itē not. quod dicit de ſociis omniū bonorum,vel de illa lite ad minus. E

i *Ne proſit*.qui dolus prodeſſet cū ille qui non impediuit, communicaret quicquid conſequeretur. & ſic no. quòd vnus perdit propter alium.ſecus in legato,vbi nō capax capit propter capacem:vt.ꝟ.de libe.le.ſi is qui duos.& facit.ꝟ.de arbi.ſi duo.

k *Item ſi duo rei promittendi*. hîc caue ſecundum Ioā. quia ſi ſocij ſunt,non diſtinguo,an prius rem vel pœnā exegerit : niſi plus ſit in re,quàm in pœna : vel econtra in pœna : quia tunc quod plus eſt,cōſequitur:vt.ꝟ.de act.emp.prædia.&.ꝟ.pro ſoc.ſi quis à ſocio.ſed in non ſociis diſtinguo:vt ſi primò peto rem , non agam ad pœnam,ſecus econtra:vt.ꝟ.de peti.heredi.l.etiam ſi.§. item ſi quis dolo.&.ꝟ.de ſolu.Stichum aut Pamphilum.§.dolo.

l *Rem petat*.& exigat,ſupple.

m *Ab altero*.ſcilicet & exegit.

S I quis ſeruum.] casvs. Promiſiſti tu dominus ſeruum in iudicio ſiſtere, cū noxaliter te cōueni . poteris illis exceptionibus vti,quib⁹ vtereris ſipro libero promiſiſſes ſtare.ſed ſi ſeruus abſit cauſa reipub.nō poteris vti exceptione: quāuis ſi liber homo abeſſet,vteretur exceptione:& eſt ratio,quia ſeruus &c. Vi.

ſ *Qui in aliena*.vt filiumfami.

t *Iiſdem exceptionibus*. Hoc accipe quando ſeruus poteſt conueniri:qđ eſt in caſu:vt C.vbi cau.fiſ.l.fi.I tem in criminalib⁹:vt.ꝟ. de accu.l.hos accuſare.§.omnibus.Itē & aliàs:vt.ꝟ.de iudi.l. vix. quod vltimum non placet,quia in illa. l. vix , ſunt caſus quando agit,non quando conuenitur. idem & ſi non poteſt conueniri, ſed conuenitur dominus:vt no.ſ.§.ſi ex noxa.cau.aga.l.ij.§.j.

Seruus an poſſit conueniri.

u *Præterquā*.hoc refertur ad alterā partē tātū.ſic & aliàs:vt C.de vſuf.l.fi.&.ꝟ.de cōdic.fur.l.iiij.& facit ad hāc legē.ꝟ.de re iu.l.fi.

x *Nō poteſt*.niſi error cōmunis eſſet:vt.ſ.de off.pręſi.l.Barbarius.

y *Exceptionem*.eſt enim exceptio: vt.ſ.l. proxi. ſicut & aliæ quæ ſunt ſupra eod.l.ij.

E T ſi poſt.] casvs. Conueni te qui caueras iudicio ſiſti cum pœna:& iudex præcepit tibi,vt venires intra .x.dies ad iudicium:tu autem nō veniſti intra.x.dies,ſed veniſti poſt. xiiij. dies vel.xv. an committatur quæque pœna ſcilicet,&vtrum teneris, quæritur.& reſpon.quòd non teneris eam mihi dare.imò habebis aduerſus me exceptionem ſi agam ad pœnam. & hoc verum eſt,ſi ius meum non eſt factum deterius.Viuianus.

z *Pluréſve*.Ad paucos refertur hęc adiectio:vt.ꝟ.de ver.ſig.l.hæc adiectio.aliàs nō liceret pœnitere : vt.ꝟ.loc.ſi in lege.§.colonus. fortè quarta toti⁹.ar.C.de inof.teſta.ſi quis in ſuo.vel dic, duos: ar.ꝟ.de teſti.vbi.Vel dic,ad arbitriū iudicis : vt.ꝟ.de iure deli.l.j.

ſed

UNED

ſed hodie iure nouo videtur, quòd etiã poſt multos dies & menſes poſſit audiri: vt. C. de fideiuſ. l. ſancimus. Vel dic (quod eſt verius) quòd illa in fideiuſſore loquitur: hæc in principali reo tantùm: vt hîc ſequitur. Itẽ alia ratione veniens poſtea auditur, etiã ſi non eſſet hæc lex: quia cum hæc actio detur ad intereſſe: ſi non eſt factum ius actoris deterius, & ſic ſua non interſit: debet veniens audiri, nec debet teneri, quia non venit: vt. s̃. ſi quis in ius vo. l. ij. in fin. & ſic videtur quòd hæc lex nil inducat: ſed dic quòd duo inducit. primum, quia fuit pœna promiſſa certa, & commiſſa quia nõ venit, remittitur ei ſi veniat intra paucos dies. quod non eſſet aliàs: vt j̃. de act. & obli. l. traiecticiæ. §. de illo ſanè poteſt. licèt in hoc quidam cõtradicant, & dicant, ꝑ intereſſe tãtùm fuit promiſſum. ſecus ergo, ſecũdùm eos, ſi certa pœna. Itẽ ſecũdum inducit: quia licèt fecerit actor impenſas, tamẽ non dicitur fieri eius ius deterius quod habet circa actionẽ quã intendit: arg. s̃. de eo per quẽ fac. erit. l. fi. in prin. in quo hæc lex valet ſi veniat intra paucos dies. quaſi enim pro eo habetur ac ſi die ſtatuta venerit: vt ar. j̃. qui. ex cau. ma. l. ab hoſtibus. §. fi. pro his expẽſis tamen poteſt agi ex edicto, ſi quis iùs di. ſi iudex pręceperit venire.

ſe reus [a] promiſit, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius [b] factum ſit: cõſequens eſt dici defendi cum debere per exceptionem. [c]

Vbi obligatio rei principalis eſt nulla, ſimiliter erit nulla obligatio fideiuſſoris. Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum.*

SI ſeruus iudicio ſe ſiſti promittat: [d] non committitur ſtipulatio neque in eum, neque in fideiuſſores eius.

Si ſtipulatio facti diuidui in prę-paratoriis iudiciorũ pro parte nõ impletur: committitur ſtipulatio pœnalis in ſolidum mero iure. ſed pro parte, pro qua fuit impleta, obſtat de ęquitate exceptio. Bart.

Si plurium ſeruorũ nomine [e] iudicio ſiſtendi cauſa vna ſtipulatione promittatur: pœnã quidẽ integram cõmitti, [f] †licèt vnus * ſtatus non ſit, Labeo ait: quia verum ſit omnes ſtatos nõ eſſe. [g] verùm ſi pro rata vnius offeratur pœna, exceptione [h] doli vſurum eum qui ex hac ſtipulatione conuenitur.

† l. qui duobus. j̃. de cõdi. & demõſtrat.

* id eſt licet omnes ſtati ſint præter vnum.

a *Si reus promiſerit.* not. quòd reus ſe ſiſti promiſit. ſecus in fideiuſſore: vt modò dixi. Item ſiue ſub certa pœna, ſiue non: vt. s̃. dixi. Item quod dicit ſecum agend, &c. id eſt quia facit ea quæ ſunt. j̃. qui. ex cau. m. item ait prætor. §. fin.

b *Deterius.* vt quia actio tempore non perit realis, vel perſonalis, vel temporalis, vel perpetua. ſecus ſi expenſas facit: vt modò dixi. Sed qualiter dicitur fieri deterius, cum totum perimatur? reſpon. bene: vt infra de peti. here. l. deperditum. & infra de trib. illud. §. ſi cuius. verſi. minus.

c *Exceptionem.* nam ipſo iure erat ſtipulatio pœnalis cõmiſſa, ſed purgatur. quæro ergo quando hęc & quælibet ſtipulatio cõmittatur? Quidã dicunt quòd tantùm lite conteſtata: vt. C. de contrahen. & cõmit. ſtip. nuda. Alij cum potuit facere, & non fecit: vt. j̃. de verb. obli. ita ſtipulatus. tu dic, aut ſtipulatio eſt ſimplex, & tunc pura, id eſt ſine pœna, ſtatim cõmittitur. In diem, quando dies venerit. Et conditionalis, quando conditio aduenerit: vt. j̃. de verb. ſig. l. cedere diem. Si autẽ eſt pœnalis: aut eam præceſſit conditio. hoc modo, ſi Stichum non dederis. x. dabis: & tunc cõmittitur cum dare vel facere poſſe deſiit: vt. d. l. ita ſtipulatus. niſi in quatuor caſibus: vnus, propter perplexitatẽ: vt. j̃. de verb. obl. ſi Titius. Secũdus: vt. j̃. de fideiuſſor. l. fideiuſſor. §. fi. ſed ibi ideo, quia obligationẽ fideiuſſoris precedit obligatio rei. Item alius: vt. j̃. ad. l. Fal. l. j. §. item ſi ita. ſed hoc fauore vltimæ voluntatis. Item alius fauore libertatis: vt. j̃. de manu. teſt. l. libertas. §. j. in his caſibus non expectatur tantum tẽpus, ſed agitur cum potuit facere vel dare, & non fecit. ſi autẽ pactio alia præceſſit: & tunc aut nuda, aut veſtita. primo caſu cõmittitur lit. conteſt. in principali: vt. C. de cõtrahen. ſtipu. l. nuda. ſi verò veſtita pactio præceſſit, cõmittitur quãdo dare vel facere potuit, & non fecit: vt. d. l. ita ſtipulatus. quaſi dicat non ante. nam & alia ſunt neceſſaria vt cõmittatur: ſcilicet vt ſit in mora: ad quod exigitur quòd intelligat ſe debere, vel intelligere debeat: vt. j̃. ſi cert. pe. quod te. & quòd aliquod modicũ ſpaciũ præcedat: vt. j̃. de col. bonorũ. ſi quis filium. §. fi. & ꝑ ita ſit diſtinguendum, probatur. j̃. ad. l. Fal. l. j. §. item ſi ita. & quando dies le. ce. cum ſine præfinitione. Et ea cõmiſſa quando purgatur? Reſpon. triplex eſt hîc opinio. Ait enim M. quòd ſiue ſit pœnalis, ſiue nõ: ſiue in iudicio, ſiue extra: purgatur mora: niſi ſit lis cõteſtata: vt. j̃. de verb. obli. ſi inſulam. vel ius actoris deterius: vt hîc, &. j̃. de arbi. l. ſi cum. in fi. &. l. ſeq. Bul. autem dicit idem in ſtipulatione, puta quæ non eſt pœnalis: vt promittis facere inſulam? vt. j̃. de verb. obli. ſi inſulã. & l.. ſi ita quis promiſerit. §. Seia. &. l. ſeruum. §. ſequitur. ſi autem eſſet pœnalis, tunc non licet purgare: vt. C. de contrahen. & cõmit. ſtip. l. magnam. &. j̃. de ac. & oblig. traiecticiæ. niſi circa iudicia: vt hîc. nam & alia multa ſunt ſpecialia in iudiciis: vt patet in exceptionibus quæ in. l. ij. huius ti. cõtinentur. aliàs enim in contractibus difficultas talis ad incõmodũ pertinet promiſſoris: vt. j̃. de verb. obli. l. ij. §. quædam. &. l. continuus. §. illud. in fi. Item patet, quia liberatur à pœna pro parte, ſatisfaciendo pro parte: vt. j̃. l. proxi. §. j. aliàs contra: vt. j̃. de verb. oblig. ſtipulationum. §. fi. [a] ſed hoc exemplum non valet: vt dixi. j̃. l. proxi. §. j. eſt & aliud ſpeciale: vt. j̃. eo. qui autem. §. j. aliàs contra: vt. j̃. cõmo. ſed mihi. §. in hac. Item niſi circa arbitria: vt. j̃. de arbi. l. ſi cum dies. §. fi. &. l. ſeq. & hanc opi. approbat Io. & nos. Tertij dicunt idẽ, quod M. ſi conditio poteſtatiua pręceſſit pœnalẽ ſtipulationẽ. ſi verò caſualis, tũc id quod Bul. vt ſi nauis ex Aſia venerit, decem mihi promittis? & ſimilia. quod nihil eſt.

Pœna ſtipulationi appoſita, quãdo committitur.

Quando mora commiſſa purgatur.

a] Dic quòd ibi erat in obligatione datio: hic factum. Bart.

SI *ſeruus.*] CASVS. Seruus cõueniebatur ex cauſa nõ licita, in qua nõ poterat in iudicio eſſe: & dedit fideiuſſorẽ. nõ tenet datio fideiuſſoris: adeo ꝑ nec ipſe ſeruus, nec ipſe fideiuſſor teneatur. & hoc dicit. j. l. & alia. j̃. eo. quotiens. [SI PLVRIVM.] Serui mei damnũ tibi fecerunt: vnde me cõueniſti noxaliter: & eos ſiſtere in iudicio promiſi, & non ſtiti vnum. cõmittitur quidẽ tota pœna de rigore iuris: ſed de æquitate dando partem pro illo qui non eſt ſtatus, habeo exceptionẽ contra te, ſi conuenias me pro illis quos ſtiti. Viuianus.

d *Promittit.* ſcilicet illis caſibus quibus in iudicio eſſe non poteſt: aliàs ſecus: vt ſupra eo. ſi quis ſeruum.

e *Nomine.* vt quia ipſi conueniebantur ex cauſa qua poterant: vt. s̃. eod. ſi quis ſeruum. vel dominus noxaliter eorum nomine conueniebatur: vt. s̃. ſi ex noxa. cau. agatur. l. j.

f *Integram cõmitti.* imò pro parte tenetur: vt. j̃. rem ra. ha. ſi procurator. quæ eſt contra. Sed ibi erat intereſſe: hîc pœna, in qua non conſideratur intereſſe: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. alteri. Acc.

g *Omnes ſtatos non eſſe.* id eſt non ſit verũ omnes ſtatos eſſe: aliàs eſſet falſum quod dicit: vt. j̃. de re. du. l. ſi is. §. vtrum. ibi, nam & hoc falſum erit, &c. vel ibi affirmatiua: hîc negatiua. Item eſt hîc arg. ex fi. l. quòd pluralis oratio non geminat ſignificationẽ ſingularis: vel pluralitas nõ cõuertitur in plures ſingularitates. Sed arg. cõtra. j̃. de condi. & demon. l. falſa. §. fi. & de leg. iij. qui concubinam. §. ſi Stichus. ADDITIO. Pro ſolu. huius contra. diſtingue quòd hic pluralitas reſpicit vnum & eundem effectum, licèt communẽ pluribus, videlicet quòd iſti plures ſerui ſiſtantur pro vna cauſa noxali: ideo iſta pluralitas non reſoluitur in ſingularitates: vt hîc, & in. l. quamuis. C. de impu. & aliis ſubſti. ſed quãdo pluralitas reſpicit diuerſos effectus, puta reſpicit diuerſa legata: tunc reſoluitur in ſingularitates: vt probatur in iuribus præalleg. ita diſtinguitur per Bart. & cõmuniter per docto. hic.

Pluralitas an in plures ſingularitates cõuertatur.

h *Exceptione.* Hic cautè diſtingue: quia aut aliquid eſt dandũ vel faciendũ cauſa implẽdæ conditionis: aut ipſa datio vel factũ eſt in obligatione. Primo caſu: aut ab vno vni, puta promiſi tibi fundũ vel legaui ſi quid dares vel faceres: aut à pluribus. Si ab vno, agere non potes ad aliquid, niſi id totũ quod iniunctũ eſt facias: vt. j̃. de cõdi. & demon. qui duobus. &. l. cui fundus. j. reſpon. excipere tamen poſſet ſi poſſideret partẽ illius quod ſibi legauit, & partẽ dediſſet vel feciſſet, ar. huius. §. Si autẽ à pluribus: aut pecunia, aut ſpecies certa: aut incerta: aut factũ. primo caſu quis parte ſoluta cõſequitur partẽ: vt. d. l. cui fundus. j. reſpon. idem in ſpecie certa: ar. j̃. de ſolu. ſi ſtipulatus. §. j. Si incerta, vt hominẽ in genere: pro parte tenetur tantùm: ſed pro parte ſoluta nõ agit, nec liberatur: & ſic nõ dicitur verè impleuiſſe cõditionẽ: ar. j̃. de ver. obli. l. ij. §. quædã. &. l. in executione. §. pro parte. ſi verò ſit faciẽdũ aliquid à pluribus, neceſſe eſt vel ab vno, vel à plurib⁹, vel ab omnibus adimpleri vt aliquid poſſit peti: vt. j̃. de ma. teſt. l. ſi ita fuerit. §. iij. In cõtrario vero caſu ſi vni vel pluribus ſit dandũ, nõ eſt vis: quia nõ poteſt ſcindi: vt. d. l. qui duobus. Secũdo caſu, ſcilicet quando datio vel factũ eſt in obligatione: ſi quidẽ factũ eſt in obligatione, nõ cõtingit liberatio, licèt in aliquo inceperis facere, niſi cõſummaueris: vt. j̃. de verbo. l. ſtipu. nõ diuidũtur. &. l. in executiõe. & hoc ſiue vni ab vno, ſiue plurib⁹ ab vno, vel ecõtra: vt dictis legib⁹. Si verò datio ſit in obligatione, diſtinguitur: aut eſt pecunia, aut ſpecies certa, aut genus. primo caſu liberor quatenus ſoluo: licèt creditor recipere nõ teneatur: vt. j̃. de vſur. tutor. §. Lucius. Idem in ſecũdo. & ſi decedã, quiſq; meorũ heredum tenetur pro parte: vt. j̃. de ſolu. ſi ſtipulatus. §. j. In tertio nõ liberor ſoluẽdo partẽ: nec vnus de heredibus meis ſoluẽdo partẽ

Solutio vni⁹, an alios liberet.

UNED

ſuam, liberatur: ſed eſt in pendenti donec alia pars in eodem homine perſoluatur: vt. ff. de condi. inde. ſi non ſortē. §. fin. & no. ff. de verb. oblig. l. ij. §. j. Et hoc in principalibus. in acceſſoriis, vt in pignore, dic vt. C. de diſtract. pig. l. quandiu. In pœna diſtingue: aut accedit dationi quantitatis, vel ſpeciei, vel generis: & tunc nihil prodeſt partē ſoluere: vt. ff. fami. erciſ. l. heredes. §. in illa. & ff. de verb. obli. l. v. §. vlt. licèt hoc caſu dicat M. ꝙ exceptione repellatur à pœna pro rata ſolutæ partis: ar. huius. §. Si vero in faciendo eſt adiecta pœna: aut eſt indiuiduũ: & tunc eſt idē ac ſi eſſet in dando: vt infra de verb. oblig. ea. §. Cato. ibi, ab omnibus, &c. & l. in executione. §. ij. ſi diuiduũ: adhuc in ſolidũ cōmittitur in iudiciis: ſed exceptio in parte opponitur: vt hîc, &c. ſ. in ius vo. vt eant. l. qui duos. ſed exceptione defenditur: vt hîc. ſecus in cōtractibus, vbi etiam cōmiſſio fit pro parte: vt. ff. de verb. obli. l. ea. §. Cato. Et eſt ratio, vt ibi not. Vel poſſet dici, ꝙ ibi in perſonis heredũ loquitur: ſed aliud in perſona promiſſoris: vt ſit idem quod in dando. Quidam tamē hoc caſu, quādo eſt diuiduũ, diſtinguunt: aut potuit totum facere, & non fecit: aut propter inopiā nō fecit. Primo caſu, in ſolidũ cōmittitur & exigitur: in alio, pro parte committitur & exigitur: vt arg. infra de colla. bo. l. j. §. ſi cum duobus. imò cōmitti pro parte videtur infra rem ra. ha. ſi procurator. quæ eſt contra. ſed ibi erat intereſſe: hîc pœna, in qua non conſideratur intereſſe: vt inſtit. de inuti. ſtipu. §. alteri. Accurſius.

Ratione dubitationis permittitur quod aliàs non permitteretur. Bartolus.

X. PAVLVS *libro primo ad Plautium.*

SI eum iudicio ſiſti promiſero, qui iam tempore liberatus eſſe dicebatur, quia iam actione fortè non tenebatur: [a] actio in me danda eſt, [b] vt vel exhibeam eum, vel defendā, vt veritas inquiratur. [c]

Vbi eſt dies & conditio, expectatur dies: licèt conditio euenerit. hoc dicit.

Homo ſiſti promiſſus, ante diē [d] dolo promiſſoris periit. [e] certo iure vtimur, non antè pœnam peti poſſe, quàm dies venerit. tota enim ſtipulatio in diem collata videtur. [f]

Stipulatio alteri acceſſoria, aſſumit ibi naturam eius cui accedit. Bartolus.

Qui iniuriarũ acturus eſt, [g] ſtipulatus erat ante litem conteſtatā vt aduerſarius ſuus iudicio ſiſtat. cōmiſſa ſtipulatione [h] mortuus eſt. non competere heredi eius ex ſtipulatu actionem placuit: quia tales ſtipulationes propter rem ipſam [i] darētur. iniuriarũ autem actio heredi nō cōpetit. quamuis enim hęc ſtipulatio iudicio ſiſtendi cauſa facta ad heredem tranſeat: [k] tamen in hac cauſa danda non eſt. [l] Nam & defunctus ſi vellet omiſſa [m] iniuriarum actione ex ſtipulatu agere, non permitteretur ei. Idem dicendum eſſe & ſi is cum quo iniuriarum agere volebam, ſtipulatione tali commiſſa deceſſerit. nam non competit mihi [n] aduerſus heredem eius ex ſtipulatu actio. [o] & hoc Iulianus ſcribit. ſecundùm quod & ſi fideiuſſores dati erant: minimè dabitur in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius [p] ſi non [q] poſt longum tempus [r] deceſſerit: quia ſi ad iudicium veniſſet, litem cum eo conteſtari actor potuiſſet. [ſ]

Hominē promiſſum debet quis ſiſtere in eadem cauſa quo ad forum, non quo ad facultatem. Bartolus.

XI. VLPIANVS *libro quadrageſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI quis quendam [t] in iudicio ſiſti promiſerit, in eadem cauſa [u] eum debet ſiſtere. In eadem autem cauſa ſiſtere, hoc eſt ita ſiſtere, vt actori perſecutio loco deteriori non ſit: quamuis exactio rei poſſit eſſe difficilior. Licèt enim difficilior exactio ſit: tamen

e *Periit.* vt quia occidit eum: vt infra de verb. oblig. ſi ſeruum. in princ. ſecus ſi non dolo eius periiſſet. Nam tunc non tenetur: vt ſupra qui ſatiſda. cog. ſi deceſſerit. Accurſius.

f *Videtur.* ſic infra de verbo. oblig. l. in illa.

g *Acturus.* ſ. deſtinatione. ſic & ff. ſi cer. pet. l. qui pecuniā. Acc.

h *Commiſſa ſtipulatione.* ſcilicet ante litem conteſtatam tantùm.

i *Propter rem ipſam.* id eſt, propter actionem iniuriarũ, quæ nō rem proſequitur, ſed vindictā: vt. ff. de iniur. l. j. §. j. in fin. & ff. de colla. bo. l. cum emancipati.

k *Ad heredem trāſeat.* ſcilicet ſui natura, cum ſit perſonalis & perſecutoria: vt. ff. de act. & obl. l. ex contractibus.

l *Danda non eſt.* ipſo iure. an idē in redhibitoria, vel alia actione curſu tēporis ſublata? Reſpon. non: vt. ff. de conſti. pecu. l. item illa. §. j. ſecundùm Io. & eſt ratio, quia tēpus ipſo iure nō tollit actionē, licèt elidat: vt. ff. de act. & obli. l. obligationũ. §. placet. vnde nihilo minus agitur ex ſtipulatione: vt. ff. eod. qui autem. §. illud. ſed per exceptionē puto eum remoueri per dictam. l. obligationum fere. §. placet. at hîc morte tollitur ipſo iure. Itē not. hîc actionē quæ in locum alterius ſubrogatur, eiuſdem poteſtatis & effectus, eſſe cuius eſt illa in cuius locum ſubrogatur. ſic infra de do. inter vi. & vxo. ſi donāte. §. ſi ſponſus. in gl. ſi. in prin. & ff. de condi. & demō. filiæ. §. Titia. & ff. de iureiu. l. duobus. §. j. & inſtit. de act. §. fuerat. Arg. contra. ff. de pe. here. itē veniunt. §. cum prædiximus.[a] & ff. de iure do. cum in fundo. §. ſi fundus cōmunis. & ſic iſta ratione attenta non ob. ff. de act. & obl. l. ex contractibus. & l. ex depoſiti. & l. conſtitutionibus. ADDITIO. Dic quòd ibi actiones ex contractibus tranſeunt ad heredem: niſi ſint acceſſoriæ illis quæ non ſunt trāſitoriæ: vt hic, ſecundum Bartolum.

m *Omiſſa.* id eſt remiſſa, & per pactum nudum: vt. ff. de pact. ſi tibi decem. §. quædam. ſecus ſi ad tempus omiſiſſet.

n *Nam non cōpetit mihi.* hodie tamē etiā per executorē fit perpetuatio: vt. C. de præſcrip. xxx. an. ſicut. & l. cum notiſſimi in prin.

o *Actio.* ex ſtipulatu.

p *Idem Pomp.* ſed non ſine determinatione, ſcilicet ſi non poſt, &c. quaſi dicat. ſi poſt longum tēpus deceſſit, datur actio. & no. quòd hęc dictio, niſi, quæ eſt hîc: vel, ſi nō, quod valet tantundē, ponit. ſic. ff. de vētre in poſ. mitten. l. extraneo. & ff. de fer. ſi feriatis. & ff. de cuſt. re. l. ij. §. vlt. & C. de trāſac. l. iiij. & ff. de annu. leg. l. Titia. in fi. & ff. de ali. & ciba. lega. l. Stichus nutricis. §. Titia. Ar. contra. ſunt. ff. de manu. teſt. Titia. §. fin.[b] & ſunt hîc arg. ad quęſtionē illam, cum quis promiſit ſe non vēditurum alij niſi mihi. Item ad hunc. §. facit. ff. de arbi. item ſi vnus. ad prin. ibi, ſi multo.

q *Si non.* ponitur pro niſi. Accurſius.

r *Poſt longum tempus.* poſtquam debuit ſiſtere. & dic longum, arbitrio iudicis: vt not. ſ. eo. l. & ſi poſt tres.

ſ *Potuiſſet.* & ita perpetuata eſſet actio: & daretur heredibus, & in heredes.

a] Tu dic ſecūdũ Bart. quòd actio quæ ſurrogatur loco alteri[a], aſſumit naturā primordialē eius, non autē accidētalē: id eſt eam quā habitura eſt ex poſt facto: vt puta quia creſcit per inficiationē. & materiam iſtam ponit plene. l. i. §. hoc autē. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fuerit.

b] Dic breuiter ſecundum Guil. quātum ad dictionem niſi, dicēdũ quod aut præcedit oratio negatiua: & dictio niſi, ponit. aut præcedit oratio affirmatiua, & tunc excipit: vt d. l. actiones. C. de trāſac. cũ ſimilibus.

SI eum.] CASVS. Vocauit te Titius ad iudicium: & ego promiſi te ſiſtere in iudicio: tu autem dicebas te liberatum ab illa actione qua Titius te conueniebat: & Titius dicebat, quòd tu non eras liberatus. vtrum teneat te nihilo minus exhibere? quæritur. Et reſpon. quòd teneor, vt inquiratur vtrum ſis liberatus, vel non. [HOMO.] Te ſerui tui nomine noxaliter cōueniebam: tu poſtea eum occidiſti, & ſic eum exhibere non potes in die præfinita, quia iudex præcepit tibi vt eum poſt decē dies exhiberes. teneris quidē ad pœnam, & non teneris ſoluere niſi poſt. xj. dies. [QVI INIVRIARVM.] Aduerſus te actione iniuriarũ egi: & ſtipulatus fui, ꝙ iudicio ſtares: & hoc feci ante litem conteſt. & cum veniret dies in qua ſiſtere debebas, non feciſti: id eſt non veniſti, & ita cōmiſſa fuit ſtipulatio. poſtea deceſſi. nũc quęritur an heres meus poſſit aduerſus te actione ex ſtipulatu agere? & reſpon. quòd heres non poterit agere nec actione ex ſtipulatu pro pœna, nec actione iniuriarum contra te. Sed pone quòd tu deceſſiſti: nunquid potero heredem tuum conuenire? Et reſpon. quòd non: nec fideiuſſorem tuum, niſi fideiuſſor tuus fuerit in mora. tunc enim heres & fideiuſſor tenentur. Viuianus.

a *Non tenebatur.* vel tenebatur fortè. Accurſius.

b *Danda eſt.* imò videtur nō danda: vt. ſ. qui ſatiſda. cog. l. ij. §. ſi quis his. ſed hîc ratione iuris quod nō habebat, impeditur agere: ibi ratione perſonæ: quia in ius ſtare non poterat. Sed pro quo intereſſe? Rñ. pro eo quod probabit ratione expenſarũ, nō debiti à quo erat liberatus: vt. ſ. de eo per quem fac. erit. l. fi. Accur.

c *Inquiratur.* Hîc not. ratione incertitudinis veritatē inquiri: vt. ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. ſi quis colludēte. & ſ. ſi quis in ius voc. nō ierit. l. ij. & ff. rem ra. ha. ſi indebitũ. ibi, vt poſſit dignoſci. Acc.

d *Ante diem.* nam ſi poſt diem, ſemper tenetur: vt. ſ. qui ſatiſd. cog. ſi deceſſerit. in fi. Accurſius.

SI quis.] CASVS. Titiũ hominē liberum ſiſtere promiſi in iudicio, & conueniebatur à quodā alio. debeo quidē iſtum Titiũ in eadē cauſa ſiſtere, ſcilicet vt ius actoris non faciā deterius. Vi.

t *Si quis quendam.* ſeruum vel liberum.

u *In eadem cauſa.* Not. etiam liberum hominem exhiberi debere in eadem cauſa: vt hîc, & ff. l. proxi. niſi iuſtis cauſis impediatur: vt. ſ. eo. l. ij. & l. ſed & ſi quis. De ſeruo conſtat quòd ſit in eadem cauſa

cauſa exhibendus: vt.ſ.ſi ex noxa.l.j. &.j. de verbo.oblig.inter ſtipulantem.§.fin.

a *Iudicatus*. id eſt condemnatus.ſic.j.eo.l.fi.

dicendum eſt videri in eadẽ cauſa eum ſtetiſſe. *Nam etſi nouum æs alienum contraxiſſet, vel pecuniam perdidiſſet, videtur tamen in eadem cauſa ſtetiſſe. ergo & qui alij iudicatus [a] ſiſtitur, in eadem cauſa ſtare videtur.

* ſtitiſſe.

XII. PAVLVS *libro vndecimo ad Sabinum.*

Qvi autem nouo [b] priuilegio vtitur, non videtur in eadem cauſa ſiſti. B

Sufficit ab initio intereſſe, licèt deſinat ex poſtfacto. Bart.

Illud tenendum eſt, quòd æſtimationẽ eius quod interſit agẽtis, ad illud tempus referendũ eſt, quo ſiſti debuit: non ad id quo agitur, quamuis deſierit eius intereſſe. [c]

Qui promiſit eum ſiſtere qui non poteſt eſſe in iudicio, non tenetur. Bartolus.

XIII. IVLIANVS *libro quinquageſimoquinto Digeſtorum.*

Qvotiens ſeruus iudicio ſiſtẽdi cauſa vt ipſe litigaturus [d] vel ab alio ſtipulatur, vel ipſe promittit: [e] nec committitur ſtipulatio, nec fideiuſſores tenentur: [f] quia ſeruus conueniri vel conuenire non poteſt. [g]

Stipulatio procuratoris ſuper re domini, in dubio intelligitur facta procuratorio nomine, & ad domini intereſſe refertur. Bart.

XIIII. NERATIVS *libro ſecundo Membranarum.*

Qvi autem.] CASVS. Sed pone quòd Titius nouum priuilegiũ impetrauit: puta quòd nõ teneatur iurare de calumnia. hoc caſu non videor Titiũ in eadẽ cauſa ſiſtere. [ILLVD.] Tu tenebaris mihi redhibitoria, & non reſtabãt niſi octo dies: vnde vocaui te ad ius. iudex præcepit tibi vt poſt quinq; dies venires ad iudicium. nõ veniſti, & ita actio mea amiſſa eſt. cõueni te ad intereſſe: tu dicis ꝙ mea nõ intereſt: cum nõ habebam actionẽ. & ſic volebas quòd inſpiceretur præſens tẽpus. ego autem dicebam vt inſpiciatur illud tempus quo habebã actionẽ. & ſic teneberis mihi ad intereſſe, & condẽnaberis ad intereſſe meũ. vel dic caſum: vt.ſ.eo.l.ſi eum.in fi. Viuia.

b *Qui autẽ non*. vt quia habuit tale priuilegiũ, ne in illa cauſa iuraret de calũnia, vel vt omnino nõ teneretur reſpondere. Sed videtur quòd hoc priuilegium non valeret, quaſi præuentus ſit: vt.j.de iud. ſi quis poſtea? Reſpon. ibi ad ſui poſtulationẽ, hîc non: argu.ſ. quod quiſq; iur. l.iij.in prin. nam & legatus ſi non data opera in legationẽ miſſus fuerit, à cauſis inchoatis antè interim excuſatur: vt.j.de arbi.nõ diſtinguemus. §.item ſi quis Romæ. Alij dicunt quòd hîc impetrauit etiam de cauſa iſta priuilegium: ibi autem de futuris tantùm datum intelligitur: quod puto verum.

c *Quamuis deſierit intereſſe*.ſ.reum ſiſti.poteſt enim eſſe, quòd interfuit mea quãdo debuit ſiſtere, nunc non: vt ſi iniuriarũ aliquẽ cõueniebã, qui poſt deceſſerit poſt longũ tempus in quo debuit ſiſtere. aliàs nec fideiuſſor tenetur: vt.ſ.e.ſi eum.§.fi. Item poteſt eſſe, quia actio tẽporalis erat alia quàm iniuriarũ quã perpetuaſſem. ſed certè imò videtur tẽpus lit.cõteſt.ſpectari: vt.j.commo.l.iij.§.in hac. Itẽ ſi deſierit intereſſe, videtur deſinere teneri: vt.j.man.ſi procuratorẽ.§.mãdati. quæ ſunt cõtrariæ. ſed hîc ſpeciale in iudiciis: vt & alia multa diximus.ſ.eo.& ſi poſt tres. vel dic vt diximus.j.de cõdic.triti.l.iij. nam & aliàs in multis locis quis tenetur, licèt deſierit actoris intereſſe: vt patet per hæc exẽpla.j.de ſer.cor.l.doli.§.fin.&.j.de vi & vi ar.l.j.§. rectiſſimè.&.j.de fur. E inter omnes.in prin.&.j.de euic.l.euicta.§.ſi ſeruus.&.j.de ędil. edict.iuſtiſſimè.§.fin.&.j.de re iudi.ſi kalendis.&.j.de eden.vbi exigitur.§.is autẽ. &.j.de iniu.l.iniuriarum æſtimatio.&.j.ad le. Aquil.l.antepenul. Ar.contra.j.ad exhi.l.tigni.§.fi. & in decre.j. quęſt.j.eos qui.&.j.de rei vindi.ſinautẽ.§.j. [a] Et no.ꝙ vbi morte deſinit mea intereſſe, tũc ipſo iure nõ tenetur fideiuſſor ad pœnã. ſi alio modo, per except.vt.ſ.eo.ſi eum.§.qui iniuriarum.& hîc.

a] Dic ſecũdũm Bart. quòd hîc petitur intereſſe in illis iuribus contrariis petitur res: quia intereſt.

d Qvotiens. *Ipſe litigaturus*. cæterùm ſi tanquam dominus litigaturus ſtipulatur, adquirit domino, & ſic valet. Acc.

e *Promittit*. cum ſit reus.

f *Tenentur*. vt ſupra eo.l.ſi ſeruus.

g *Non poteſt*. hoc regulariter. in caſibus enim & conuenire & conueniri poteſt: vt.j.de ali.& ci.le.ſeruos.&.C.qui legi.per.ha. ſtan.in iudi.l.fin.&.C.ſi per vim vel alio modo.l.j.&.C. vbi cau. fiſ.l.fin.&.j.de iudi.l.vix.& facit.C.de iudi.l.ſeruus.

ff. Vetus.

A SI procurator.] CASVS. Aduerſus te procurator meus agebat & ſtipulatus eſt à te vel ab alio, qui promittebat ſiſtere, ꝙ iudicio ſtaret: & hoc ſine pœna fecit. vtrum valeat talis ſtipulatio? valet: & venit in hac ſtipulatione intereſſe meũ, nõ procuratoris. & videtur ꝙ alteri ſtipulari quis nõ poſſet. ſed dic quòd talis ſtipulatio valet: & venit in hac ſtipulatione intereſſe meũ, nõ procuratoris. idem ſi ſtipulatus à te, pro quanti res erit, promittis ſi nõ ſtares in iudicio. Viuia.

† L.81.j.de verbor.obli.

SI procurator † ita ſtipulatus eſt, [h] vt ſiſtat dumtaxat eum quem ſtipularetur, nõ etiam pœnam ſi ſtatus non eſſet ſtipularetur: propemodum nullius momẽti [i] eſt ea ſtipulatio: quia procuratoris, quod ad ipſius vtilitatem pertinet, nihil intereſt ſiſti. [k] Sed cum alienum negotiũ in ſtipulando egerit, poteſt defendi, nõ procuratoris, ſed eius cuius negotium geſſerit, vtilitatem in ea re ſpectandam eſſe: vt quantum domini litis interfuit ſiſti, tantũ ex ea ſtipulatione non ſtato reo procuratori debeatur. [l] Eadem & fortius adhuc dici poſſunt, ſi procurator ita ſtipulatus eſſet, *Quanti ea res erit*: vt hanc cõceptionem verborũ non ad ipſius, ſed ad domini vtilitatem relatã interpretemur.

C Si promittens iudicio ſiſti, deſiit poſſe conueniri, ſtipulatio euaneſcit. Bartolus.

XV. PAPINIANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI tutor iudicio ſiſti promiſerit, [m] & ſtipulationi non obtẽperauerit, [n] & interea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam abſtentus ſit [o] hereditate: denegabitur ex ſtipulatu actio. nam & ipſius rei quæ petebatur, ſi tutor iudicatus [p] fuerit, & eorum [q] quid acciderit, non eſſe dandam in eum actionem iudicati probatum eſt. D

h *Stipulatus eſt*. à fideiuſſore. Accurſius.

i *Nullius momenti*. allegando dicit.

k *Intereſt eum ſiſti*. niſi quatenus domino tenetur actione mãdati, ſi ſtipulatus nõ fuiſſet: vt.j.de eden. ſi quis ex argẽtariis.§. pertinere. verſi. procuratori. ſed ratione illius intereſſe non videtur interponi: tamen totum allegando dicit.

l *Procuratori debeatur*. ſed & domino ex hac ſtipulatione vtilis datur: vt.j.de procura.in cauſæ.in fin. & eſt ſpeciale ĩ iudiciis vt per liberã perſonã actio adquiratur. ſecus in cõtractibus: vt. C.per quas perſo. no.adqui.l.j.&.j.de verbo. oblig.ſi ita ſtipulatus fuero. vj. §. Chryſogonus. niſi in caſibus: vt.j.de verbo. obl.ſi procurator præſentis. ſed illam intelligunt quidam, quòd in iudiciis loquatur, & in aliis, quos no.inſtit.de inut.ſtip.§.ei vero qui. ſed in cõtractibus cogitur cedere actionem domino mãdati conuentus: vt.j.de adqui. poſſeſ.l.poſſeſſio quoque.§.fi. Item not.factum procuratoris ad vtilitatẽ domini referri: vt.j.de noui ope.nun.l.ſtipulatio.§. fin. &.j.ne vis fiat ei.l.ij. & de procu.l.qui proprio.§. procurator vt in cæteris. &.j.de in lit.iuran. videamus.§. curatores. verſi.ſi tamen. quod eſt verum ſi tanquam procurator faciat. ſecus ſi tanquam dominus contrahat: vt.j.de contrahen. empt.l.in huiuſmodi.&.l.ſeq.&.j.de adqui.poſſ.ſi me in vacuam.§.penult.

Factũ procuratoris ad vtilitatem domini refertur.

SI tutor. CASVS. Titius erat tutor Seij: & cum immobilia non poſſideret, conuentus fuit nomine pupilli Seij: & ſatiſdedit. & antequam veniret dies in quo Titius ſiſteret, finita eſt tutela, & non ſtetit: nunquid tenetur tutor? & reſpon. quòd tutor non tenetur: imò plus dico, quòd ſi tutor finita tutela condemnatus ſit, non fit executio in tutore. Viuianus.

E m *Promiſerit*. in cauſa pupilli: quia nec ipſe nec pupillus poſſidebat immobilia: vt.ſ.qui ſatiſda.cogan.l.ſciendum.§.tutores.

n *Obtemperauerit*. vt quia pupillus adoleuerat antequã tutorem ſiſtere oporteret. & ordina literã iſtã ita: ſi tutor ſiſti promiſerit, & ita interea pupillus adoleuerit, & ſtipulationi nõ obtẽperauerit: nec enim tenetur: vt.j.de admi.tuto.l. tutor pro pupillo.in prin. aliàs ſi poſſet ei obiici dolus, teneretur ipſe, non pupillus: vt.j.de acti.empt.Iul.§.idẽ Iulianus.in fi.§. Idem ſi culpa, vel mora, vel alia: vt.ſ.eod.ſicut.in fin.&.C.vnde vi.meminerint. in fi.niſi pupillus ſit locupletior: vt.j.quando ex fact.tuto.l.iij.§.dolus.

o *Abſtentus ſit*. per in integ.reſt.& ob hoc non ſtetit tutor.

p *Iudicatus*. id eſt condemnatus. ſic.ſ.eod. ſi quis quenquam.in fi.&.j.de admi.tuto.l.ij. Accurſius.

q *Et eorum*. ſcilicet ſupradictorum: vel quòd adoleuit, vel quòd mortuus eſt: vel abſtentus: quibus primis duabus cauſis cũ finiatur tutela, non fit executio in tutorẽ: vt hic ſubiicit, &.C.quãdo

h

UNED

ex fact.tuto.l.j.&.ʒ.de re iudi.ſi ſe.§.tutor. &.ʒ.de euic.illud.§.j. Et idem in quolibet ſimili adminiſtratore, vt finito officio non fiat in eum executio : vt infra quando ex fact.tu.vel cura. l. poſt mortem.ſecus in procuratore extra iudicia : vt infra de procu.l. procurator qui pro euic.

DE FERIIS ET dilationibus,&c.

Hæc pars de feriis,dictur.ʒ.eod. vſque ad.l.oratione. & in.l.pen.ſequens de dilatio.dicitur in.l.oratione. & .l.more.& .l.fin.

Deſerentem promiſſionem iudicio ſiſtendi cauſa factã & non venientem in ius excuſant nonnunquam feriæ, quieti dies à iudiciis ciuilibus,veluti feriæ meſſium aut vindemiarũ.Excuſant & dilationes petitæ per defenſores, de quarum diuerſis tẽporibus titulus quod pollicetur non præſtat magis quã quod libri primi titulus ſeptimus de aliis modis ſoluendæ poteſtatis, & libri 22. quartus de amiſſione inſtrumẽtorum & lib.27.ſextus, vbi petantur tutores, & lib.29. ſextus, de eo qui coegit teſtari, & lib. 43. duodecimus de veteranis. & 39. ſecũdus de ſuggrũdis. Cu.

†De his Plato dialogo. 2. de legib. Macrob.Satur na.li. 1.c. 16.Gell.lib. 3.cap.17.

*No.quòd feriis poteſt renunciari non ſolũ ex preſſe,ſed etiã tacite. concor.text. in l.ſi feriatis.infra eo. tex.in.c.ſi. ext.eo.

DE FERIIS † ET DILAtionibus,& diuerſis tẽporibus.

TITVLVS XII.

Tempore vindemiarũ vel meſſium nemo compellitur in ius venire : ſi tamen ſponte venerit, & litigauerit , lata ſententia tenet : lata verò contra non comparentem,nulla erit.hoc dicit vſque ad. §.ſed excipiuntur.

I. VLPIANVS *libro quarto de omnibus tribunalibus.*

NE quis meſſium vindemiarúmq; tempore aduerſarium cogat [a] ad iudiciũ venire, oratione diui Marci exprimitur: [b] quia occupati [c] circa rem ruſticam in forum compellendi [d] non ſunt. Sed ſi prætor aut per ignorantiã [e] vel ſocordiam [f] euocare eos perſeuerauerit, hiq; ſponte venerint: ſi quidem ſentẽtiam dixerit præſentibus illis,& ſponte * litigantibus,ſentẽtia valebit, [g] tametſi nõ rectè fecerit qui eos euocauerit. Sin verò cum abeſſe perſeuerauerint, ſententiã protulerit [h] etiam abſentibus illis : conſequens erit dicere ſentẽtiam nullius eſſe momenti. [i] neque enim prætoris factum iuri derogare oportet. [k] Et citra appellationem igitur ſententia infirmabitur. [l]

In hoc. §.& in.l.ſeq.excipiũtur multi caſus, in quibus non obſtãt feriæ.& hoc ſit loco ſummarij.

Sed excipiuntur [m] certæ cauſæ ex quibus cogi poterimus & per id tẽporis cũ meſſes vindemiæq; ſunt,ad prætores venire : ſcilicet ſi res tempore peritura ſit:hoc eſt, ſi dilatio actionẽ ſit perẽptura.Sanè quotiens res vrguet, [n] cogendi quidẽ ſumus ad prętorem venire: verùm ad hoc tantùm cogi æquũ eſt,vt lis cõteſtetur. [o]& ita ipſeis * verbis orationis exprimitur. Denique alterutro [p] recuſante poſt litem conteſtatam litigare, dilationem oratio conceſſit.

II. IDEM *libro quinto ad Edictum.*

EAdem oratione diuus Marcus in ſenatu recitata effecit, de aliis ſpeciebus prætorem adiri etiam diebus feriaticis : † vt puta vt tutores aut curatores dẽtur : [q] vt officia [r] * admoneantur : ceſſantes † excuſationes [ſ] allegentur : alimenta [t] cõſtituantur : ætates [u] probentur : ventris nomine [x] in poſſeſſionem mittatur, vel rei ſeruandæ cauſa, [y] vel legatorum,fideiue commiſſo-

CASVS. Volo tẽpore vindemiarum vel meſſiũ te ad iudicium vocare : & ſi non venias,volo q́ cogaris. nõ poſſum quidẽ hoc facere,vt cogaris:ſed ſi venias , & perſeueres ſponte,& ſententia lata fuerit:valet quidem ſententia. Si nõ perſeueraſti ſponte,ſed te abſente lata fuit ſententia, non valet ſentẽtia ipſo iure.Sequẽtia plana ſunt vſq; ad.l. præſides.Viuianus.

a *Cogat.*i.cogi faciat.ſic.ʒ.de his qui no.infa.furti.§.mandati.

b *Exprimitur.*Hãc orationẽ nõ habemus, ſed eius ſentẽtia eſt tã in feriis:vt hîc,&.ʒ.e.l.ij.q̃ in dilationib⁹:vt.ʒ.e.l.oratione. Acc.

c *Occupati.*bona ratio:vt.C.de agri.& cẽſi.l.j.quid ergo ſi nõ ruſticus fuerit,ſed miles vel clericus, qui procul à rure ſunt? Dicũt quidã,quia hæc cauſa ceſſat,quia occupati,&c. ceſſat prohibitio legis:vt ar.ʒ.de repu.l.ſi.§.pe.&.ʒ.de pac. quod dictũ: & ex duabus legibus.ʒ de rit.nup.l.pe.§.de vno. &.C.de interdicto ma.ſi tutor.Itẽ totũ illud generale quod primò generaliter dicitur,per ſubſequẽs, quia reſtringitur:vt.ʒ.de calum.hæc actio. item.ʒ.de iure immu.l.ſemper.§. negotiatores.&.§.diuus. ſed tu dic cõtra, quia poteſt occupari & auocari per alios, ſcilicet per teſtes vel aduocatos quos tũc nõ poſſet habere.Præterea hæc nõ fuit cauſa finalis circa ipſum vocatũ,ſed impulſiua:vnde nõ ceſſat prohibitio,licèt ceſſet cauſa:ſicut fuit in Calphurnia. nam ſi ibi fuiſſet cauſa finalis, hodie poſſent bonæ mulieres poſtulare:qđ nõ poſſunt:vt.ʒ.de poſtu.l.j.§.ſexũ.Itẽ ꝑ hoc.ʒ.q & à qui.l.proſpexit.

d *Cõpellẽdi.*libell⁹ tamẽ dari põt:vt.ʒ.de adul.miles.§.ſexaginta.

e *Per ignorantiam.*ſcilicet iuris.

f *Socordiam.*id eſt per contemptum iuris,cum illud ſciat.

g *Sententia valebit.* hîc not.tria:primo, quia etſi non ſponte litigarent,tamen ſentẽtia videtur valere:vt.ʒ.de arbi.ſi feriatis.quæ eſt contra.Sed dic quòd ibi dies cõpromiſſi exitura erat.hic non erat exitura dies iudicij. Vel dic q́ & ibi partes cõſenſerunt : ſed arbiter non volebat:vnde fuit cõpulſus.Item ſecundũm Io. no. quòd partiũ conſenſu aliquid de iure relaxatur : vt hîc,&.ʒ.eo.l. ſi feriatis.&.ʒ.de iudi.l.ij.in prin.&. C.de temp.& repa.ap.l.ſi.in fi.Sed an idem in teſte. vt partium cõſenſu poſſit ei ſacramẽtum remitti? dic quòd ſic,eiſdem argumentis:licèt in ſacramento calumniæ a] ſit ſecus : vt.C.de iura.calum.l.ij.§.ſed quia. Item tertium not. quia quod fieri non debet, factum tamen tenet. ſic.ʒ. de interdict.& releg.l. relegatorũ.§.ad tempus. &.ʒ.quando ap.

Partiũ conſenſu aliquid de iure laxari poteſt.

a] Scribẽtes hîc,& præcipue.Bal. dicunt iſtam

ſit.l.j.§.biduum &.ʒ.de re.eo.qui ſub tut.vel cu.l.ſi pupillorum. §.ſi prætor.&.ʒ.quæ in frau.credi.l.j. vel dici poteſt quòd vocatio prima non tenuit,ſed ex quo vocatus cõſenſit ſponte,ex tunc tenet principaliter iudiciũ : quia iuri ſuo renunciauit : quod poteſt:vt.ar. C.de pac.l.pe.&.ʒ. quando ap.ſit.l.ſi.& ſic tenet, cum non ſit contra legem. aliàs non : vt.C.de leg. & con.non dubium.

glo. ſingu. adhoc.quòd poteſt remitti iuramentum teſtibus cõſenſu partiũ: ſed iuramentũ calũniç nõ: quã-uis tacite ſic. l.2.§.quod obſeruari.C. de iura.calũ. iunctis ibi no.Bolo.

h *Protulerit.* lite conteſtata ante ferias.

i *Nullius eſſe momenti.* hoc idem in dilatione quæ vocato datur, vt in medio ſentẽtia lata non teneat:vt in auth. de exhi.& intro. reis.§. ſancimus. col.v.ibi, in medio,&c. Sed nonne debuerũt venire ad allegandũ priuilegia ſua? Reſpon.nõ, ſi certum erat eo tẽpore eos vocari non debere : vt.ſ. de iuriſd.om.iu.l.ſi. ſecus eſt quando eſt dubiũ:vt.ʒ.de iudi.ſi quis ex aliena.&.ſ.ſi quis in ius vo.non ie.l.ij.

*ipſis.

k *Derogare oportet.*imò derogat & corrigit:vt. ſ.de iuſtit. & iur. l. ius ciuile. §. ius prætoriũ. quæ eſt contra.Sed dic illud propter publicã vtilitatẽ. vel dic quòd non derogat vnã ſententiã dãdo : vt hîc.ſed legem faciẽdo ſic,cum legem facere poſſit : vt inſtitu. de iure natu.§. prætorum quoque.

†feriatis.

*rectius,officij admoneantur ceſſantes,&c. nã officij admoneantur, in Pandect. Taurell.in adnotat.

†ceſſantis.

l *Infirmabitur.* id eſt infirma eſſe oſtẽdetur. ſic.C.de reſcin.vend.ſi dolo.&.C.quãdo prouoc. non eſt neceſſe. l. certa.&.C.de prædi.mino.l. & ſi is.Vel dic , infirmabitur quatenus de facto proceſſit & lata fuit.Et ſic not. quòd vbi non tenet ſententia ipſo iure, non eſt neceſſe appellari. ſed ſi appellaretur, an ſententia lata confirmetur dato quòd non proſequatur ? Reſpon.non : vt.ʒ.de appel.ſi expreſſim.niſi in caſu,vt in falſo procuratore qui egit iudicium,& ſuccubuit,& dominus appellauit. nam per hoc ratum habuit : vnde retrotrahitur : vt.ʒ.rem ra.ha. cum minor.§.fin.

m *Sed excipiuntur.*ſcilicet à generali dicto orationis : & ipſa eadem oratio excipit : vt.ʒ.l.proxi.in prin.

n *Vrguet.* ſume argu.quod aliàs prohibitum , ex neceſſitate toleratur.vt.ſ.de offic. con.l.j. & de officio præſidis.l.ſenatuſconſulto.§.ſi quid. Accurſius.

Prohibitum aliquando neceſſitate toleratur.

o *Conteſtetur.*fortè hodie ſatis eſt executoris cõuentio, cum per eam fiat interruptio : vt.C.de præſcript.xxx.an.l.ſicut.

p *Alterutro.*id eſt altero.ſic.ʒ.quemad.teſta.ape.l.ſi in duobus. & infra de pac.reſcriptum.§.ſi pacto.

q *Eadem oratione. Aut curatores dentur.* ad omnes ſequentes caſus ſpeciales ſunt reddendæ cauſæ ſpecialitatis : & hîc erit iſta,ne minorum res pereant.

r *Officia.* id eſt tutores dati, qui officium habere dicuntur : vt in rub.C. quando mu.tut. offi.fun. poteſt. vel dic. id eſt officiales etiam quilibet : ſicut & ſupra de offic. proconſul. ſi in aliquam.§.j.

ſ *Excuſationes.*Ne periculo tutelæ inuitus quis ſubiiciatur.

t *Alimenta.*pupillis à tutoribus:vt infra vbi pu.educ.l.j. & hoc ne fame pereant.

u *Aetates.*quia facilè poſſunt perire ſenes,per quos probantur ætates.ʒ.de Carb. edi.l.iij.§.duæ. quæ probatio valet ad multa: puta ad matrimonia contrahenda.Item ad in integ.re.petendas. Item ad finiendam tutelam,& ſimilia.

Aetas ſenilis ad quid prodeſt.

x *Ventris nomine*. ne mulier fame pereat. idem in Carboniano: vt.ʒ.quis or.in bon.poſ.l.ij.§.dies.

y *Vel rei ſeruandæ cauſa.* videtur hîc q́ in nullo iam proſit hic tit. cum

cum ſemper poſſim petere mitti in poſſeſſionem: quod erit peius ſibi quàm ſoluere: ſed reſtringe ad eum caſum quando eſt debitor ſuſpectus ne dilapidet: vt infra de ap. imperator. Item quando dilatione ſit actio peritura, aliàs non: vt ſupra. l. proxi. & idem dici poteſt in ſequenti ſatiſdatione, de qua dicitur infra vt le. vel fideicom. no. caue. per totum.

a *Damni.* quod celeritatem deſiderat: vt. ꝟ. de dam. infect. l. j.

b *De teſtamentis exhibendis.* ſ. in publicum, & petēdis dari ſine die & cōſule: ne detur materia fabricandi falſum: vt. ꝟ. quemad. teſt. ape. l. ij. §. diem. & facit infra de ap. re. l. fina.

c *Incertum eſt.* vt quia ſub conditione eſt aliquis heres inſtitutꝰ: vel aliàs eſt incertum: vt. ꝟ. de cu. bo. dan. l. j.

d *Patronis.* id eſt qualiter pater à filio, & ecōuerſo: vt in authen. qui. mo. nat. effici. ſui. §. fi. col. vij. & qualiter patroni à libertis & econtra ali debeant: vt ꝟ. de lib. agno. l. ſi quis à lib. §. ſolent.

e *Hereditate.* Et ſic fideicommiſſario reſtituere. nam ſi ante aditam hereditatem decedat, non tranſmittit ad heredem, niſi in caſu: vt. C. de his qui ante aper. tabu. l. j. &. C. de cadu. tol. §. in nouiſſimo. & ſic non eſſet qui eam reſtitueret.

f *Aſpectu atrox.* & ſic ſecūdum M. poteſt iudex ferre ſentētiam vt de facto vidit & ſcit. ſed ſecūdum Io. poteſt de facto ſibi vt iudici cognito, id eſt ſecūdum quod eſt ſibi probatum per teſtes vel inſtrumenta & præſumptiones: vt hic, &. ꝟ. de offi. præſi. illicitas. §. veritas. &. ꝟ. de teſti. l. iij. §. ideoque. ibi. tu magis ſcire, &c. &. ꝟ. fini. reg. l. ſi irruptione. §. fi. & ſimilibus. de facto autem ſibi cognito vt priuato, non poteſt.

rum, vel damni [a] infecti. Item de teſtamentis exhibendis: [b] vt curator detur bonorum eius cui an heres exſtiturus ſit, incertum eſt: [c] aut de alendis liberis, parentibus, patronis: [d] aut de adeunda ſuſpecta hereditate: [e] aut vt aſpectu atrox [f] iniuria æſtimetur: vel fideicōmiſſaria libertas [g] præſtanda.

Hic enumerantur alij caſus in quibus non obſtant feriæ.

III. IDEM *libro ſecundo ad Edictum.*

Solet etiam meſſis vindemiarúmque tempore ius dici de rebus quæ tempore vel morte perituræ ſunt. morte, [h] veluti furti, damni iniuriæ, iniuriarum atrocium: qui de incendio, ruina, naufragio, rate, [i] naue [k] expugnata rapuiſſe dicunrur: [l] & ſi quæ ſimiles ſunt. Item ſi res [m] tēpore perituræ ſunt: aut actionis [n] dies exiturus eſt. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. Item in eum qui quid [o] nundinarum [p] nomine aduerſus cōmunem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.

IIII. PAVLVS *libro primo ad Edictum.*

Præſides prouinciarum ex cōſuetudine cuiuſque loci ſolēt obſeruentur: & debet indicere eas ſicut olim eſt ſtatutum ab anteceſſoribus eius.

g *Libertas.* hoc fauore libertatis.

h *Solet. Morte.* Primò ponit exemplum de morte: vt in furti actione quę moritur cum fure, & de actione legis Aquiliæ, quæ moritur cum dante damnum: vt inſtit. de. l. Aquil. §. his autem verbis. & idem de actione iniuriarum pro iniuria atroci, vel non atroci. hæc tamen tempore tollitur: vt. C. de iniuriis. l. ſi non cōuicij. & idem de actione in factum quæ datur in quadruplum pro eo quod de incendio vel ſimilibus raptum eſt: ſed hæc tempore tollitur: vt ſubiicit, & infra de'incen. rui. nau. l. j. Item ſecundum quoſdam ſimilis actio quæ pro mortuo inferendo proponitur: vt infra de reli. & ſum. fune. l. liberū. in fi. Item no. quod dicitur de morte, poteſt etiam intelligi de morte rei debitę: vt quia erat bos, vel ſimile, cuius interitu reus liberatur: vt infra de verb. obliga. ſi ex legati. de tempore autem dicit, vt quia dies actionis exit. Sed quid hæc lex adiicit primæ in. §. ſi? Reſpon. hic morte & tempore, ibi tempore tantùm. & facit ad hoc. ꝟ. de iure delibe. l. Ariſto. §. fi. & l. ait. §. fi.

i *Rate.* fluuiali.

k *Naue.* marina

l *Dicuntur.* ſcilicet aliqui.

m *Item ſi res.* id eſt actio in rem.

n *Actionis.* ſcilicet perſonalis.

o *Qui quid.* hoc eſt aliquid.

p *Nundinarum.* Puta, accepit pecuniam à vicinis vt ſuū frumentum nō portaret, vt aliij carius venderent: & ſic incidit in. l. Iul. de anno. vt. ꝟ. ad. l. Iul. de anno. l. ij.

Præſides.] CASVS. Poteſtas Bon. debet procurare vt feriæ

ff. Vetus.

A q *Statuere.* ſed videtur quòd nō poſſunt: vt. C. eo. l. à nullo. quæ eſt contra. ſed dic ſtatuere. i. ſtatutas antiquitus ferias indicere. ſic ſupra de offi. procon. l. ſi in aliquam. in princ. ibi. & ferias.

meſſis vindemiarúmq; cauſa tempus ſtatuere. [q]

V. VLPIANVS *libro ſexagenſimoſecundo ad Edictum.*

Pridie [r] kalendas Ianuarias magiſtratus neque ius dicere, ſed nec ſui poteſtatem facere con ſuerunt. [ſ]

B VI. IDEM *libro ſeptuagenſimoſeptimo ad Edictum.*

Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt ne his diebus iudicium ſit, niſi ex voluntate partium: [t] & quò aliter aduerſus ea iudicatū erit, ne quis [u] iudicatum facere, [x] néve ſoluere debeat: [y] néve quis ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.

Poſt primam dilationem alia dilatio non eſt danda, niſi cauſa cognita. Barto.

C VII. IDEM *libro primo de officio Conſulis.*

Ratione quidem diui Marci amplius quàm ſemel [z] non eſſe dandam inſtrumentorum dilationem expreſſum eſt: ſed vtilitatis litigantium gratia, cauſa cognita † & iterum [a] dilatio tam ex eadem, quàm ex alia prouincia ſecundum moderamen [b] locorum impertiri ſolet: & maximè ſi aliquid inopinatū emergat. [c] Illud

Pridie.] CASVS. Hîc dicitur quòd per duos dies ante terminū magiſtratus ſui non debet ius reddere, nec ſui poteſtatem facere. Viuianus.

r *Pridie.* i. præcedenti die kalendas: quia tūc claudebatur veterū magiſtratuum iuriſdictio, & nouorū incipiebat, licèt prius eligerentur: vt. ꝟ. de cōdi. & de. Publius. Hodie tamē ante aduentum ſucceſſoris duobus diebus deponit cingulū: vt in auth. de admi. §. deponet autem. col. vij.

ſ *Conſuerunt.* ſ. ſi præſens ſucceſſor fuit ei ſuffectus: alioquin poſſet etiā poſt kalendas: vt. ſ. de offi. proconſ. l. meminiſſe. Sed hodie alia eſt ratio quare hoc eſſe nō poteſt. nam die natiuitatis domini, & ſeptem præcedentibus & ſeptem ſequentibus nō poteſt, ſicut ī reſurrectione domini dicitꝛ, vt argu. C. eo. l. oēs. ſed dic ꝙ nō ita forte eſt in natiuitate ſicut eſt in reſurrectione: vt ibi dicitur. Vel dic ꝙ tempore huius legis Chriſtus nō venerat in virginē. vel ibi de reſurrectione: hîc de natiuitate. prima placet. Accur.

† Nota quòd conceſſio maximè ſecundæ dilationis, debet fieri cū cauſæ cognitione. vide Alexā. in l. fi. infra. e. & adde qđ dicit Bol. in l. 1. ſupra ſi quis cau. in ſuis interpretationibus.

D *Si feriatis.*] CASVS. Sententia lata feriatis diebus, non valet: nec aliquis ex ea tenetur illi obedire, niſi partes aliter ſtatuant conſentiendo iudicatis.

t *Voluntate partium.* ſed an idem in feriis in honorem dei ſtatutis, quod hîc in feriis vindemiarum & meſſium dicitur? Reſpon. non: vt. ꝟ. de arbi. idem Pomponius. §. ex compromiſſo. & l. ſi feriatis. quæ ſunt cōtra: quia legem ſuperioris tollere nemo poteſt. infra de arbi. l. nam magiſtratus. ADDITIO. Pro declaratione huius glo. dic ſecundum Bal. quòd per ſtatuta & conſuetudines locorum poſſunt feriæ indici, & indictæ tolli: quia decretalis dicit quòd etiam in feriis ad honorem dei ſeruantur conſuetudines & ſtatuta locorum: vt extra de feriis. c. capellanus. & hoc tangit Odof. ſ. eo. pridie.

u *Ne quis.* ſcilicet reus.

x *Facere.* ſi eſt in faciendo.

y *Soluere debeat.* hoc tantùm ad litigātem: & quod ſubiicit, quo ad iudicem exequentem.

E *Oratione.*] CASVS. Hîc dicitur quòd in cauſa ciuili tantùm vna datur dilatio. ſ. gratia inſtrumentorum exhibendorum: niſi neceſſitas interueniat. tunc enim plures dantur. Secundò dicit quòd ſi impetraui dilationem, & deceſſi: nunquid heredi meo dabitur dilatio? Et reſpon. quòd etiam heredi meo dabitur, cauſa tamen cognita. Viuianus.

z *Semel.* & quod hîc de inſtrumentis dicit, accipe largè: vt infra de fid. inſtru. l. j. & de verbo, ſignifi. notionem. §. inſtrumētorum.

a *Et iterum.* quod ſignificat quotiens opus erit: vt infra titu. j. l. veluti. §. j.

b *Moderamen.* vt ſi eſt ex eadem prouincia, dentur tres menſes. ſi ex contigua, ſex: ſi ex tranſmarina, ix. vt. C. de dila. l. j. ſed cōtra. ꝟ. l. fin. Sol. vt ibi.

c *Emergat.* quę enī de nouo emergūt, auxilio nouo indigēt: vt. ꝟ. de interrog. actio. de ætate. §. ex cauſa. &. ꝟ. de vē. inſpi. l. j. in prin.

h ij

a *Et hic*.ſic & ſi iudex dederit omne edictum,adhuc eius ſucceſſor debet vnum edictum dare:vt.ȷ.de iudi.l.edictum.

M*ore*.] CASVS. Ita ponitur hic caſus vt ſtat in litera: quia dies incipit in media nocte,& in medietate ſequentis noctis finitur:& quod in iſta media nocte fit,videtur fieri in die.Vi.

b *More Romano*. Not. Romano. nam Athenienſes ab occaſu: Babylonij ab ortu: Arabes à meridie,quod eſt nimis abſurdū: vt M. Varro in lib. rerū humanarū,ſecundū Io.& hîc loquitur de die naturali,qui habet.xxiiij. horas:vt dicunt philoſophi,& innuitur.ȷ. ad l.Iul. de adul. l. capite. &.ȷ. de vſuc. l. ideoq;. artificialis autē incipit à mane vſq; ad veſperas, ſecūdum Romanā Eccleſiā: vt in pſal. vel in hymno beati Ambroſij: Lucis creator, &c.ibi,Qui mane iunctū veſperi diem, &c. & in principio veteris teſtamenti:Et factū eſt veſpere & mane dies vnus.Itē illud:Dies eſt ſol lucēs ſuper terram.

Dies naturalis & artificialis differunt.

† Ad hunc locum vide Macrobium lib.Satur.1. ca.3. & Gell. lib.3.cap.2. Ant.Aug li. 4.cap.13.

videndum, ſi defunctus acceperit aliquam dilationem propter inſtrumēta, an ſucceſſori quoque eius dari debeat:an verò quia iam data eſt, amplius dari non poſſit: & magis eſt vt & hîc [a] cauſa cognita dari debeat.

Dies incipit à media nocte, & alia media nocte finitur.Bart.

VIII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Sabinum*.

MOre † Romano [b] dies à media nocte incipit, & ſequētis noctis media parte finitur.itaque quidquid in his vigintiquatuor horis,id eſt duabus dimidiatis noctibus & luce media actum eſt,perinde eſt quaſi quauis hora lucis [c] actum eſſet.

ADDIT. More,&c. Conſtantinus Harmenopolus libro vltimo Prochiri,tit.de verb. ſignific. ita Græcè hoc caput interpretatur: ὅτι ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται, καὶ τελευτᾷ εἰς ἕκτην ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτός, ὥστε καὶ τὸ πραττόμενον ἐν μιᾷ τούτων τῶν καὶ ὡρῶν, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δοκεῖ γίνεσθαι. Cum dies,inquit,à ſeptima noctis hora incipiat,& in ſextā ſequentis noctis terminetur:quod in aliqua harū vigintiquatuor horarum factum eſt, eadem die fieri intelligitur. Septimam horam apud Conſtantinum intelligere oportet nō exactā, ſed incipientem: alioqui tres tantum & viginti horæ eſſent. Ad hæc ſcire oportet veteres dies in duodecim horas diuiſiſſe, totidémque noctes,eáque de cauſa ſextam diei horam ſemper meridiem fuiſſe,ſextam noctis mediam noctem.Maiores tamē æſtate diei horas,vt neceſſe erat,fuiſſe:brumę vero tempore noctis horas cæteris maiores erant.Anto. Auguſt.libr.iiij.cap.xiij.

c *Lucis*.i.diei artificialis:& ponit Ioan.exemplum, cum quis habuit dilationem à iudice vt poſſet ſe etiam media nocte præſentare,vel dare pignora in communi,& ſimilia:ſicut de facto videmus:& ſic facit ad titu.de dila.Secus in cōtractibus:quia ibi tacitè agitur vt ſoluatur in die.ergo habendū eſt pro expreſſo:vt.ȷ.ſi cer.pe.cū quid.Item ſecus in ſententia,quę de die ferri debet:vt in authen.de iudi.§.ſedebunt.col.vj.Sed quidē exponunt, ſedebūt ex neceſſitate vſq; in veſperas.Si autē generaliter velis legē hanc intelligere,multa ſunt exēpla:vt.C.de tranſac.l.nō minorē. &.ȷ. de teſta.l.ad teſtiū.§.poſſe.Item in omnibus his quæ complentur ſi tangatur aliqua hora vltimi diei:vt.ȷ.de teſta.l.qua ætate. &.ȷ. de manu.l.j.&.ȷ. de vſuca.ideoque.& de diuer.& temporal.præſcript.l.in vſucapione.in prin.Item ecōtra in illis in quibus quæritur tempus de momento ad momentum:vt.ȷ.de mino. l.iij. §. minorem.&.ȷ.de actio.& oblig.l.in omnibus.

D*iuus*.] CASVS. Vtrum quis poſſit militare in die feriato? & reſpon.ꝙ ſic.& poteſt inquiri de perſonis etiā cuſtoditis in diebus feriatis.cauſas vero agitari feriatis diebus nō licet in pecuniariis ſi ciuiliter aduerſus te agā,mea dilatio mihi datur:hoc eſt, in cauſa ciuili pro qualibet mea neceſſitate dabitur mihi vna dilatio.ſed ſi accuſo te criminaliter:mihi tantū duę dilationes dantur,tibi verò tres dilationes dantur pro ſingulis neceſſitatibus.

d *A forenſibus*.i. ab his quæ fiunt in foro vbi redditur ius.ſic accipitur &.C.de fide inſtru.comparationes.

e *Militarem*.ſ.armatā,vel inermē.vt legalē:[a] & ſic ſcholares ſcribere & legere poſſunt:vt ar.C.de aduo.diuer.iudi.l.aduocati.

f *Cuſtodiarum*.vel actiuè legas: vt.ȷ. de cuſto.re.l.fi. vel paſſiue, id eſt cuſtoditarū perſonarum:vt videat an habeant quid comedant,vel qualiter iaceant:vt.s̄.de offi.procon.ſolent. in princ. & facit.ȷ.de publi.iudi.l.cuſtodias.

g I*N pecuniariis*.hac.l.duæ dantur regulæ. primæ cōtradicitur: quia pluries dari debere dilatio videtur:vt.s̄.eo.l.oratione. ij.reſpon.&.C.eo.l.j.ibi,& nō facilè amplius quàm ſemel, &c.& .ȷ.de iudi.l.interdum.quæ ſunt cōtra.Sol.ſecundum quoſdā prima datur ſine cauſæ cognitione,vt hîc: alię exquiſita cauſa:vt.ll. contrariis.ſed hoc nō valet:quia nulla ſine cauſæ cognitione datur:vt.C.e.de dila.l.j.in fi.&.l. à procedēte.in fi. eſt enim materia dilationū amputāda:vt.C.de tempo.ap.l.ij.in prin.Alij dicunt ꝙ à principio vnā dari fuit ſtatutū,vt hîc:ſed poſtea propter neceſſitatē ſtatutū eſt vt plures dētur. Tu verò dic quòd prima datur cum leui cauſæ cognitione. nam eoipſo ꝙ petitur, gratia teſtiū vel inſtrumentorū dāda eſt: niſi euidens appareat calūnia.&erit cognitio hęc leuis in moderamine locorū:vt.s̄.eod. eadē. Secūda vero dilatio ita demū datur, ſi probat ſe iuſta cauſa impeditū in prima:vt ar.ȷ.tit.j. ſi quis ex argētariis.§.fi. &.l.ſeq. huic lecturæ bene adaptatur quod hîc dicit,ſingulis cauſis i.rationibus vel impedimentis.nā per ſingulas rationes. i. cauſas quibus fuit impeditus, vnica dat̄ dilatio. Sed in criminali cauſa, de qua loquitur ſecunda regula,nulla exquiſita ratione impedimēti:in ſecūda vel tertia dilatione dabitur dilatio cum eadē cauſæ cognitione qua data eſt prima.i.ſecundū moderamē locorū:& ita, ſi bona fide poſtulari videatur. ſed vlterior cognitio nō adhibetur de probatione impedimēti in cauſa criminali:cum non dicatur,ſingulis cauſis,&c. niſi in ciuili.Itē eſt contrariū primę regulæ,quia plures debēt dari:vt.ȷ.de iudi.ad perēptorium.& in authen.vt cum de ap.cog.§. ſed hoc præſenti.col.viij.quæ eſt.C. de iudi.authen. iubemus.& C.quomodo & quando iudex.authen.qui ſemel.& de iudi. properandū.§.ij.Sol.hîc præſēti & poſtulanti dilatio dabatur:in legibus autē contrariis abſenti ad eius malitiā ſuperandā, & cōtumaciam prę́ſumendā.Item eſt cōtra in authen.de teſti.§.quia vero.coll.vij. vbi vſq; ad quartā productionē datur dilatio. ſed dic ꝙ ibi vna tantū erat dilatio intra quā fiūt ſupradictæ productiones.Vel ſi dicas ibi plures dilationes, vt dixerunt ibi quidam, dicas ſecundam & tertiam dari exquiſita ratione impedimenti. in quarta hoc plus eſt, quia iurat. quinta vero non datur.Secundæ autem regulæ qua dicitur duas vel tres dilationes dari in criminali,eſt contra. ȷ. de adul.l. in crimine. vbi nulla datur niſi cauſa plenè cognita,& tunc non datur niſi vna:ſed ſpeciale ibi propter eius immanitatē.& dicas qđ ſit crimē capitale, vt.ȷ. de bo. poſ.l. edicto.§.rei autē capitalis.&.ȷ.de publi.iudi.l.ij.Item quod dicit in fi.ſed vtrique,&c.ad vtráque regulam refertur: & de leui cauſæ cognitione intelligas:vt dictum eſt.Item not.ex hac lege ꝙ in ciuili cauſa tot actor quot reus habet dilationes: ſed non ſic in criminali.primum tamen fallit:vt.C. de temp. in integ. reſt.l.petendæ.&.C.de dila.ſiquando.&.l.cum à nobis. ſed nos intelligimus legem illam, cum à nobis, in relatione facta imperatori, vbi non datur dilatio:cum omnia plenè inſtructa imperatori remittantur.Item quare plures in criminali dantur? Reſpon. quia non ſic citò ibi eſt currendum:vt.ȷ. de quæſt.l.j.§.diuus Seuerus. &.ȷ.de pœ.l.abſentem.&. C. de requi. reis. l. j. Item ideo plures reo,quia fauorabilior eſt:vt.ȷ. de re.iur. l.fauorabiliores,& quia non ſic inſtructus eſſe potuit vt accuſator: vt. ȷ. de except. do.l. pure.§.fi.

h *Singulis*.vel ſupponit pro eodem pro quo primo.

i *Cauſis*.id eſt inſtantiis:vel.i.capitulis:vel.i.impedimentis:non tamen vltra triennium.

Negotia militaria poſſunt quolibet tempore expediri.Barto.

IX. VLPIANVS *libro ſeptimo de officio proconſulis*.

DIuus Traianus Minicio Natali reſcripſit, ferias à forenſibus [d] tantum negotiis dare vacationem:ea autem quę ad diſciplinam militarem [e] pertinent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quæ cuſtodiarum [f] quoq; cognitionem eſſe.

X. PAVLVS *libro quinto Sententiarum*.

IN pecuniariis [g] cauſis omnis dilatio ſingulis [h] cauſis [i] plus ſemel tribui non poteſt:in capitalibus autem reo tres dilationes, accuſatori duæ dari poſſunt: ſed vtrunque cauſa cognita.

uerbiū:qui obſeruāt ſcęſta: malè ſciēt codicē atque digeſta.ita refert hic Iaſo.de quo ſi vis videre ad ſaturitatē: vide ꝑ Iaco.de Alue.in proœ. feu.in.i.& 2. colum.

a] Nota ex gl.iuncto text.quòd eſt licitum ſcholaribus ſtudere & ſcribere diebus feriatis. vnde dicit vulgatū ꝓ

Actor in cauſa ciuili tot habet dilationes, quot reus.

b] Reprobatur ꝑ Bart. & P.& per oēs. C.eo. Ideo dic quòd iuriſcōſultus incēdit hic tractare de editione prout eſt in fieri:& ſic ponitur per gerundiū,quod ſignificat actū:nō autē de ſubſtātia & eius effectu.

DE EDENDO.

Id eſt demonſtrando:ab edo edis dicitur. ſed quare non poſuit ablatiuum, ſcilicet de editione, ſicut poſuit in aliis titulis de pac. & ſimilibus? Reſpon. ideo [b] *vt oſtenderet quandam neceſſitatem imponi edenti, quæ non imponitur paciſci volenti. Item quare non ſubiunxit accuſatiuū.ſ.de edendo actionem? Reſpon.ideo,quia non de ea ſola,ſed de triplice editione tractat. ſ. actionis:vt infra eo.l.1.in princ & inſtrumentorum:vt infra eo.l.1.§. editiones. Item rationum:vt infra eo.l.1.§.rationes.& l.prætor.in princ.ſed actio editur in principio:cætera in proceſſu cauſæ.Item acta ſunt edenda:vt.C.eo.l.ſi apud quem. ſed hic tit.non dicit aliquid de actis. Accurſius.*

Nihil agis vocando aduerſarium in ius & ſtipulando iudicio ſiſti, niſi edas

edas etiam ei actionem & inſtrumenta litis. qua de re agitur hoc titulo ſimul ac de edendis rationibus ab argentario his ad quos ea pertinent. quod iuris obſeruatio decima ſatis diligẽter enarrauit. Excuſabitur ergo iure etiã deſertor promiſsionis iudicio ſiſti, ſi non actionem ei litiſque inſtrumenta is qui acturus eſt, ediderit, id eſt ſi non ea patefecerit ei data etiam facultate deſcribendi. Cuiac.

DE EDENDO.
TITVLVS XIII.

Petitio debet exhiberi reo, vt poſſit declarare an velit cedere, vel cõtendere.h.d. Diuide.primo ponit dictum.ſecũdo rationẽ. tertio declarat dictum . ſecunda ibi, nam ęquiſſimum.tertia ibi,edere.

1. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

QVa † quiſque actione [a] agere volet, eam edere [b] debet. nam æquiſſimum * videtur, eum qui acturus eſt, edere actionem: vt proinde [c] ſciat reus vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, [d] cognita actione qua conueniatur. Edere [e] eſt etiam copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare. Eum † quoque edere Labeo ait, qui producat aduerſariũ

† Videntur verba paraphraſtica edicti ſub hoc titulo poſiti in albo. Contius.

QVa quiſque.] CASVS. Hac. l. dicitur ꝙ ſi voco te ad ius, debeo demonſtrare actionem qua volo agere, vel te conuenire: vt ſic videas velis litigare, vel non: & vt venias inſtructus ad iudicium, ſi vis litigare. [EDERE]. Iſte. §. ponit. v. modos quibus olim fiebat editio actionis. Primo, ſi conueni te, & feci libellũ: debeo tibi dare libellum vt exemplifices: reddáſque mihi ipſum libellum poſtea. Secundo quòd poſſim tibi dare vt teneas, & nõ reddas. Tertio, vt ego dicam vt tu ſcribas. Quarto, vt ducam te ad aduocatum meum: qui aduocatus dicet tibi qua actione te volo couenire: vt ego dicam tibi mentetenus, & tu retineas mentetenus. [EDITIONES.] Cõuenio te cum inſtrumẽto debiti: & tu petis vt tibi edam inſtrumentum. debeo quidem edere ſine die & conſule: & hoc ne committatur aliquid falſitatis: ſed dies ſolutionis. id eſt in quo debet fieri ſolutio, eſt edendus: quia dies ſolutionis eſt pars inſtrumenti ſicut ipſa quantitas. [RATIONES.] Apud campſorem centum marcas depoſui, quas recepi minutatim. modò volo quòd edat librum, diem & conſulem. nunquid edere debet cum die & conſule? & reſpon. quòd ſic. [EDENDA.] Si ago aduerſus te, debeo tibi edere inſtrumenta quibus vſurus ſum. non autem edam illa inſtrumenta quibus nolo vti. [EDERE.] Inſtrumentum quo continebatur ſtipulatio facta ſub conditione, edidiſti mihi reo: ſed conditionem non edidiſti: non videris ſtipulationem edere. [EIS.] Si minor ſit, vel mulier, vel miles, & non edant rationes: non tenentur ad intereſſe eius qui agit.

Actionis nomen tripliciter capi poteſt.

a *Actione*. largiſſimè hoc nomen actionis ponitur, vt etiam iudicis officium contineat, & ſimilia: vt. j̃. de oblig. & act. l. actionis verbo. aliàs ſtrictè: vt. j̃. de oblig. & acti. l. actionum genera. ſtrictiſſimè, vt in eo. titu. actio in perſonam.

b *Eam edere*. i. eam demonſtrare olim quocunque modo: hodie per libellum: vt. j̃. proxi. §. &. C. de lit. conteſta. auth. offeratur.

c *Vt proinde*. aduerbium temporis, id eſt vt exinde: vel dic vt ex hoc ſciat reus, &c. ſed quomodo poteſt reus hoc ſcire per ſolam actionis propoſitionem? Dic ergo eam edendam ſic vt ſpeciem litis demonſtret: & ita reus ſciet: vt. C. eo. edita. quod fiet ſi duo dixerit cum ipſa actione, ſcilicet rem & cauſam. de re enim patet quòd edi debeat cum actione: ſiue agam actione reali: vt. j̃. de rei vin. ſi in rem. in princ. vbi debet deſignare rem. ſiue perſonali ad aliquam ſpeciem: vt in ea. l. §. & ſi veſtimenta. vbi veſtimentorum debet dici color & numerus. ſiue perſonali ad quantitatem: vt. C. de epi. & cle. authen. generaliter. De cauſa ſimiliter conſtat: vt. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. §. ſinautem aliquis. ibi, arbitrium requiratur & cauſa. &. j̃. de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. Rei deſignatio tamẽ fit aliter & aliter. vnde diſtingue: quia aut eſt actio vniuerſalis: vt petitio hereditatis: vt ſumitur. j̃. de rei vin. l. j. in princ. aut generalis, vt neg. geſt. & tutelæ, & ſimiles: aut ſingularis, vt de mutuo & locato, & ſimiles: vt infra pro ſocio. l. pro ſocio arbiter. in prima res eſt vniuerſaliter deſignanda: vt peto à te hereditatem quæ fuit Sempronij: quia ſum eius heres: & hoc per petitionem hereditatis. & ideo quia non ſpecificantur res, euicta hereditate inquiritur per executorem quid debeat reſtitui: & quædam retinentur, vt impenſæ funeris, & ſoluta creditoribus: vt. C. de peti. heredi. l. j. & . l. in reſtituenda. & . l. de hereditate. & . l. fin. §. ſinautem. Item in generali ſufficit rem generaliter dici: vt peto à te vt rationem tuæ adminiſtrationis reddas, [a] quia negotia mea adminiſtraſti: & hoc per act. neg. geſt. ſed iudicio pendente potero quædam perſequi ſimili iudicio perſonali: vt. C. de iud. licet. In ſingulari autem rem ſingulariter deſignari oportet: vt. d. l. ſi in rem. j̃. de rei vin. Item & cauſa talis debet dici qua probata debeat ſequi condemnatio: aliàs quid ſi dicam, peto à te decem, quia eſt rex in Francia: vel quia ego ſum hîc? Certè non ſufficit. Quod autem de cauſa dixi, habet locum in aliis, nõ in actione in rem. ibi enim ſufficit actionem proponi, cum non ſit niſi vnum tantùm dominium, & ex vna cauſa, & non læditur reus: imò ei prodeſt, cum actor omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe videatur. j̃. de excep. rei iudi. ſi mater. §. eandem. in fi. §. ſed ſi egi ad librum actione ex empto, oportet dici cauſam [b] quia poteſt eſſe quòd emi, & non cõpetat actio propter lapſum tẽporis: & ecõtra ꝙ competat actio, & non emi: quia mihi ſit ceſſa: ſed non poteſt eſſe ꝙ habeam rei vin. quin habeam & dominium: & ecõtra ſi habeo dominiũ, habeo in rem actionem, vel rei vin. cum idem ſit tempus: & nihil poteſt eſſe in medio inter rei vin. & cauſam: ſed ſecus in perſonalibus actionibus: quia eadem res ex pluribus cauſis deberi poteſt. vnde vt ad eandem cauſam non redeat, actor debet eam ſpecificare: vt. j̃. de except. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. cum & aliàs reus non certificaretur. vbi autẽ reus in perſonali admitteret ſine cauſa actionem, ſicut hîc in reali, omne ius deducit in iudicium: vt. C. de anna. except. l. fi. & not. C. ad exhi. l. non ignorabit. [c] Si tamen in reali actor cauſam exprimere vult, cautius eſt vt agens ex alia cauſa non repellatur: vt. j̃. de except. rei iudi. l. ſi mater. §. ſi quis autẽ. Sed nõne idẽ in qualibet perſonali actione: vt actione & re ſpecificata ſemper cauſa intelligatur: vt ago ad. x. conditione certi ex mutuo? Reſpon. non: ſed hoc quod dico ex mutuo, ineſt cauſa. & ſic patet in aliis, vt non intelligatur cauſa, niſi ſpecificetur: at in actione in rẽ, eius cauſa nulla alia eſt quàm dominium, quod omne in iudicium deducit: & ſic prodeſt, non nocet reo: vt dictũ eſt. cauſa enim proxima ſiue immediata vna eſt, ſcilicet dominiũ, licet mediatæ plures, vt emptio & donatio. vnde in reali omne ius deducit in iudiciũ. Item & circa propoſitionẽ actionis quæro, nunquid ſufficit rem deſignari, & cauſam exprimi? Dicit Pla. quòd ſic, quia cauſæ expreſſio eſt idem quod actio. quod nihil eſt. nam hæc tria, obligatio & contractus, & actio, diuerſa ſunt: cum primò cõtractus, ſecũdò obligatio (quæ duo poſſunt dici cauſa) & actio tertiò ſit: vt probatur. j̃. de procur. licet. §. ea. Itẽ alia ratione apparet aliud eſſe cauſam, & aliud actionẽ: quia poteſt eſſe vera cauſa, & tamen actio non eſt vera: vt quia verè contraxi, & fuiſti mihi obligatus: ſed ſoluiſti, vel remiſi: & econtra poteſt eſſe vera actio, & cauſa falſa: vt quia mihi te non obligaſti: ſed iure ceſſo ago: & ſic cõpetit mihi actio. ergo his duabus rationibus aliud eſt cauſa, & aliud eſt actio. Alij verò dicunt quòd ſufficit rem & cauſam dici, duabus rationibus aliis. Prima ſcilicet quia habes effectum quem hæc lex vult, ſcilicet quòd reus ſciat cedat vel cõtendat: vt hic, &. C. eo. edita. Secunda, quia nihil intereſt an res proprio nomine appelletur, an digito oſtendatur, &c. vt. j̃. ſi cer. pet. l. certum eſt. verſi. nam &. Et hoc ſeruatur Bononiæ. & hoc etiam fallit ſecundum eos in illis caſibus vbi ex vna cauſa oriuntur actiones plures quæ electione tolluntur, vbi actio eſt proponenda: vt patet his legibus: vt. j̃. de tribu. l. quod in heredẽ. §. eligere. & de leg. ij. cum filius. §. variis. &. C. de fur. l. j. & ſi ſeruus extero emi ſe manda. l. j. &. C. de codi. l. fi. &. C. de pact. inter empt. & ven. l. cõmiſſoriæ &. j̃. de iureiu. l. duobus. §. exceptio. Legi autẽ. C. eo. edita. quæ dicit actionem demonſtrare ſpeciem futurę litis, reſponde: verum eſt: ſed non ſolùm actio, ſed alia ſunt quæ demonſtrant ſpeciem futuræ litis: ſicut vna eſt via quæ ducit Romam, ſed nõ ſola. & huic præſenti legi dicere poſſunt quòd eam edere debet, vel aliquid ſimile facere. & in hac ſententia eſt Io. & Azo, & alij: ſed certè videtur ſatis, actiones ſemper edi per hanc. l. in prin. & in fin. j. reſpon. &. j̃. de admi. tu. l. quotiens. §. item ſi temporali. nam poteſt intereſſe rei alia ratione: quia fortè proponet actor actionem ineptam [d] qua propoſita ſciet ſe contendere poſſe: vt. j̃. ſi men. fal. mo. di. l. j. §. ij. Item & aduocatos decentes exigit prętor gratia honoris: licèt per ſeipſos aliqui ſua poſſunt proponere negotia: vt. j̃. de poſtu. l. j. in princip. & hoc in multis ſeruatur prouinciis, vt ſine actione propoſita nemo experiatur. Item no. vnã proponere debet tantùm, non plures: vt. j̃. de reg. iur. l. nemo ex his. §. quotiẽs. niſi in caſu: vt. j̃. quorum leg. l. j. §. quia autem nonnunquam. ſed ſecus in exceptione: vt infra de except. l. nemo.

a] Cõſultus diceret, peto te cõdẽnari vt reddas rationẽ, & reliqua reſtituas. Bart. & Iaſon.

b] Reprobatur, quia ſufficit libellũ præſumptiuè concludere. Bart. P. Alex. & Iaſ.

* Super iſto verbo deficit vna glo. cuius verba ſunt hæc. 1. ob naturalẽ ęquitatẽ quę mutari non poteſt: vt in. §. ſed naturalia. inſti. de iu. na. gen. & ci. & de iſta gl. quæ hic deficit, meminit Bolo. hic in ſuis interpretationibꝰ: quẽ videas.

† Vide Angel. Politianum in Miſcella. c. 82. & Alciatum in fine lib. 2. diſpunct.

c] Imò eſt in l. neque. eo. tit. Alexan.

d] Diſplicet B.B Ful. P. & Ale. licet An. & Iaſ. ſequãtur.

d *Ad agendum*. id eſt ad defendendum. ſic econtra. C. de teſti. l. j. ſic &. j̃. de re iudic. ſæpe.

e *Edere*. ſcilicet actionem. & no. quia patet per hunc. §. & per. l.

UNED

ſuum ad album, [a] * & demõſtret quod dicturus eſt: vel id dicendo, quo vti velit.

Inſtrumenta debent edi ſine die & conſule: in rationibus verò ſecus. Bartolus.

Editiones [b] ſine die & conſule [c] fieri debent: [d] ne quid excogitetur † è die & conſule, & prælato die fiat. Diem autem & conſulem excepit prætor, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, [e] non in quem ſolutio cõcepta eſt. nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma, [f] pars eſt ſtipulationis. **B** Rationes tamen cum die & conſule edi debent: quoniam accepta & data nõ aliàs poſſunt apparere, [g] niſi dies & conſul fuerit editus.

Ea ſola quibus quis vſurus eſt in iudicio, edere debet aduerſario: nec dicitur ediſſe niſi totum cõtractum ediderit: & non edenti aliquãdo parcitur propter ætatẽ, ſexum, vel ruſticitatem. hoc dicit.

Edẽda [h] ſunt [i] omnia quę quis apud iudicẽ editurus eſt: non tamen vt & inſtrumẽta quibus quis vſurus [k] non eſt, compellatur edere. Edere [l] non videtur, qui

C. de dig.l.quotiens. lib.xij.quòd olim non erat neceſſe poni in libello actionem: ſed ſufficiebat etiam ſine libello eam certificare, niſi in illuſtribus conuentis: ſed hodie contra: vt.C.de lit. conteſt.authen.offeratur. **A**

a *Ad album.* aliàs ad alium, ſcilicet aduocatum vel aliquem iuriſconſultũ: qui ſcilicet aduocatus demonſtret quid dicturus eſt actor aduerſus reũ. Vel dic, ad alium: puta fideiuſſor reum pro quo fideiuſſerat, ducebat ad creditorem: vt inquantũ creditor fideiuſſorem conueniret, in tantum conueniat ipſe fideiuſſor reum. Et quod ſubiicit, vel id dicẽdo, ſcilicet aduocatus: vel repete, edere eſt vel id dicendo, &c. Et not.ꝙ totus hic.§. poſſet legi de editione inſtrumẽtorum: niſi eſſet hic verſus: vel id dicendo, &c. Nam ſufficit dicere, hoc inſtrumento vtar, niſi exemplum edam: vt.§.editiones.

* Et demõſtret ex quo edicto acturus ſit. Cuia. li.8.obſ.c.15.

† Not. quòd eſt obuiãdũ fraudi, inquantũ fieri poteſt.

b *Editiones.* ſcilicet inſtrumentorum publicorum: & ſic facit tranſitum ad ſecundam ſpeciem editionis.

c *Die & conſule.* hæc debent apponi in inſtrumentis: aliàs non valent: vt in auth. vt præ.no.impe.in princ.&.§.j.col.v.nõ tamẽ exhibẽtur, ne detur materia falſi fabricandi: vt hic, &.ʒ.quemad. teſta.ape.l.ij.§.diẽ.&.C.de fideicom.l.fi.in medio legis. Ne quid fiat. repete prolato die, id eſt mutato ſiue prolongato: vt patet. **C** ʒ.de fide inſtru.l.repetita. & hunc.§. accipe ſecundum Io. & H. quando reus petit ab actore vt exceptionẽ ſuam inde fundet: & econtra quando actor à reo ad ſuam replicationem iuuandam: quod poteſt ſecundum eoſdem, etiam ſi non vtatur: vt.C.eo.l. non eſt nouum.&.l.fin.&.l.iuſtum. ſed ſecundum Azo. intellige hunc.§.quando reus ab actore vtente, vel ecõtra, petit: vt videat qualiter faciat pro producente cum eo vtatur: non autem petit vt inde ſe iuuet ſi alius non vtatur: vt.C.eo.l.qui accuſare.& dictæ leges à Ioanne inductæ loquuntur in rationibus quæ cõmunes ſunt. Vt plenè ergo ſcias, diſtingue an ſint acta quæ edi petuntur: de quibus hic titulus nihil dicit: & tunc edenda ſunt in totum, id eſt cum die & conſule: vt.C.eo.l.ij.quę expedit edi coram iudice appellationis: vt.C.de ap.l.à proconſulibus. &.l.ne cauſas. vel quia dudũ abfuerat actor vel reus: vt.C.de iudi.properandum.§.ſi quidem. vel quia cauſam delegauit adminiſtratoribus tantùm audiendã: vt in authen. vt defun. ſeu fu.§.illud.col. v. vel quia teſtes petuntur publicari: vt.C. vt lit.pen.l.ij.de quibus actis nihil in hoc titu.dicitur. **D** Aut ſunt inſtrumenta: & tunc aut ſunt cõmunia: & tunc eo toto ſimiliter edenda ſunt cum die & conſule: vt.ʒ.fami.erc. ſi quæ ſunt cautiones. &.C.eo.procurator. ſi autem propria alicuius eorum, aut petit alius edi tanquã propria: puta per actionẽ in rem, & ad exhibendum: aut vt de falſo redarguat alio vtente: aut vt videat an poſſit inde probari intentio aduerſarij vel non quando vtitur: aut vt inde fundet intentionem ſuam vel exceptionem vel replicationem alio non vtente. primo caſu totum, ſecundo idem: vt.C.de contrahen. & commit.ſtipu.l. optimam. in fin. hîc tamen ſubdiſtinguetur: aut circa diem & conſulem dicit falſitatẽ: & tunc obtinet quod dixi: aliàs non. vnde de hoc dico cum diligẽter interrogari in quo falſum dicere velit: vt argu.ʒ.de iniur.l. prætor. in princip.&.ʒ.de dolo. ſed ſi ex dolo.§.vlt. in tertio dic exhiberi ſine die & cõſule: **E** vt hic ſecundum Azo. In quarto eſt opinio. nam dicunt quidam quòd actor reo debet edere ad adiuuandam & probandam exceptionem, & reus actori ad probandam replicationem, etiam ſi non ſit vſurus qui edit. & ſic intelligunt. C.eo.l.fin.&.l.iuſtum. &.l.non eſt nouum. &.C.de fide inſtru. l.illatæ. non autẽ ad intentionem probandam, niſi in caſibus: vt in fiſco: vt.ʒ.eo.l.iij. Item in argentario: vt.ʒ.eo.l.argentarius.j.reſpon.& quãdo reus eſt vſurus: vt.ʒ.ea.l.§.edenda ſunt. Alij, vt Azo, dicunt quòd nec reus actori, nec econtra edunt: vt principaliter inde iuuetur ille cui editur alio non vtente: niſi in caſu vno alio non vtente: vt infra eod.l.iij. ſed vt videat an ex eo fiat plena probatio pro producente: & hoc quando eſt eis vſurus, aliàs non: vt.C.eod.qui accuſare.& quod dicitur in d.l.illatæ. &.C.eo.l.fin.&.l.non eſt. &.l.iuſtum. in rationibus intelligunt: quæ quia ſunt quaſi communes, ſunt edendæ hincinde: licèt non ſit vſurus aduerſarius.

An & quando inſtrumenta in totum ſunt edenda.

argu.ʒ.l. prætor.§.j. non dico quòd ſint communes: quia idem tunc eſſet quod in inſtrumentis communibus: vt dixi. Sed quo iure compellitur quis ad huiuſmodi editiones quando faciendæ ſunt? Reſpon. officio iudicis. & ſi ad præceptum iudicis non ediderit, actione in factum ad intereſſe tenetur: vt.ʒ.eo. vbi.§.fi.& dic vt ibi. Item quid ſi ſponte iudici obtulerit inſtrumentum ex quo aduerſarius iuuari poſſet? Reſpõ. iuuatur eo ad inſtar teſtiũ [a] quos cõtra ſe producere nemo tenetur: vt. C. de teſti. l. nimis. ſi tamen produxerit, creditur eis: vt.C. de epi. & cle. authen. ſed iudex. cum inſtrumẽtorum & teſtium ſit ſimilitudo: vt. C. de fide inſtrum.l.in exercendis. Item nunquid nomina teſtium debent edi & tabellionũ? Videtur quòd non: quia falſitas poſſet cogitari. Item ſecundò, quia ſi dies ſolutionis eſt ideo edendus, quia eſt pars ſtipulationis: ergo econtra non editur quod non eſt pars ſtipulationis, licèt ſit pars eius inſtrumenti. Econtra quòd ſic: quia eſt vſurus dictis nominibus vtendo [b] ipſo contractu vt ſolenni. Item quia ſolus dies & conſul de ſubſtantialibus cuiuſlibet inſtrumẽti excipitur, & de non ſubſtantialibus ſtipulationis: ergo cętera non ſunt excepta. & hanc approbo. Accurſius.

a] Iſtam gl. no. Bal. ꝙ teſtis eſt pars inſtrumenti. Bolog.

b] Bart. hic dicit iſtam gl. non eſſe alibi: & ſic eã facit ſingu. ad hoc quòd inſtrumẽtũ pducẽtũ probat contra pducentem etiã ſi ptẽtetur ſe non pducere niſi inquantũ facit pro ſe. Bolo.

d *Debent.* vel reo ad exceptionem, & actori ad replicationem, etiam non vſuro. ſed ſi vſurus, tunc totum: [c] vt.ʒ.§.edenda. ſecundum Io. tu dic quòd hic vtitur: vt hîc notatur.

c] Male loquitur, imò ſine die & conſule: ſecũdũ Bart. & alios.

e *Conſcriptum eſt.* econtra eſt in accuſatione vt edi debeat dies commiſſi criminis, ſed dies conſcripti ſiue dati libelli ſic.vt.ʒ.de accu.l.libellorum.

f *Summa.* id eſt quantitas. idem & ſi ſpecies dicatur in inſtrumento contineri: & quod dicit, ſtipulationis. id eſt inſtrumenti in quo continetur ſtipulatio. quod ex eo probatur, quòd ſit dies vt ſumma edendus: quia qui ante diem vel poſt ſoluit, minus vel plus ſoluere dicitur: vt infra de verbo. ſignifi.l.minus.&.l.ſi cui.§.minus.& inſtit. de act.§.tempore.

g *Apparere.* ſcilicet commodè vel facilè: vt.ʒ.de verbo. ſignifi. nepos. Nec enim melius poſſunt reduci ad mentẽ accepta & data quàm declarato quo die ſingula facta ſunt. Sed cur ſecus in inſtrumentis, cum ibi eadem ratio ſit? Reſpon. hæc non eſt ſufficiens ratio: imò hæc, quia quodammodo meum peto mihi edi: vt.ʒ.eo.l.prætor.§.j. ſed nec hæc: ſed eſt neceſſe quòd me mandante factæ ſint, vel procuratore meo: vt.ʒ.eo.l.ſi quis ex argentariis.§.ex hoc edicto. verſi. pertinere. Nã ſi hæc ratio ſufficeret, quia quodammodo meum poſtularem: iam diem & conſulem teſtamenti peterem, cum quid mihi eſt ibi relictum: quia eſt quodammodo omnium eorũ quibus ibi eſt aliquid aſcriptum. vt.ʒ.quemad.teſta.ape.l.ij.in princ. ſed tamen hoc eſt falſum: vt. C.quemad.teſta. ape.l.iij.&.ʒ.quemad.teſta.ape.l.ij.§. diem. ſed arg.contra.C.de his qui.vt indig.l.cum Silanianum.in fi.

h *Edenda.* hoc primum & ſecundum reſponſum duobus modis intelligitur.

i *Sunt.* ſcilicet in prin.cauſæ parum poſt lit.conteſt.vt innuit ſequẽs verbũ futuri temporis.ſ.editurus & vſurus, ſecundũ quoſdam. Itẽ eſt facienda copia legendi & deſcribẽdi ei cui eduntur: vt.ʒ.ad.l.Fal.l.pe.§.fin. &.ʒ.quemad.teſt.ape.l.ij.§.diem.&.ʒ.de bo.auth.iud.poſ.l.fi. Item not.ꝙ arg.huius.§.dicunt quidã quòd poſt atteſtationes publicatas non poſſunt produci inſtrumenta niſi prius ediderit. tu dic [d] cõtra, cum quęlibet exceptio perẽptoria proponatur: vt. C.ſen.reſcin.nõ poſ.l.peremptorias. & quod hîc dicit, expone edẽda ſunt omnia. ſ.aduerſario quæ iudici editurus eſt. q.d. nõ iudici tantùm ſit editio: ſed etiã aduerſario: non tamen diei & conſulis, ſecundũ Azo. Sed Io. in totũ [e] quando eſt vſurus: vt.ſ.e.§.editiones. ſecus in teſtibus: quia poſt publicationem nõ producuntur: quia ibi falſitas timeri poteſt: vt in auth. de teſti.§.quia vero.col.vij.& hoc approbat conſuetudo.

d] Et bene Alexan. de quo eſt text. in.c.cum dilectus. extra de fi.inſtru.

e] Et malè ſecundum Pau. & alios in.§.pcedẽti.

k *Quis vſurus.* ſ. ille qui petit ea edi: vt.ʒ.eo. ne quiſquam. ſecundum Io. vel dic ſecundum Azo. quòd ea quibus vti nolo, nõ edam etiam ad videndum: ſed ea tantùm quibus ſum vſurus.

l *Edere.* ſtipulationem totam: veluti ſi edidit inſtrumentũ quo continetur ſtipulatio facta ſub conditione: conditionem tamen non

non

UNED

non edidit, vel edidit ſtipulationem: ſed non pœnam quæ in ea continebatur. unde quia neſciuit, incidit in pœnam: vt. ℱ. fam. erci. l. heredes. §. idẽ iuris. & facit. C. de his qui. vt ind. & ad Sila. l. pe. in fin. & ℱ. de tranſact. cum hi. §. ſed & ſi non.

a *Eis qui ob ætatem.* vt minores.

b *Ruſticitatem.* vt. s. de iuriſdi. om. iud. ſi quis id. §. in ſeruos. ibi, doli. & ℱ. ad Sala. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorãs.

c *Sexum.* vt. C. de iur. & fac. ign. l. ne paſſim.

d *Iuſta.* vt q̃a in vinculis poſiti, vel aliàs detẽti: vt. ℱ. q. ex cau. ma. l. ſuccurritur. & l. itẽ.

e *Subuenitur.* vt non teneantur ad intereſſe, quãuis non ediderint. ad quod aliàs tenerentur: vt not. ℱ. eo. ſi quis ex argentariis. §. ex hoc edicto. & infra de tab. exhi. locum. §. cõdemnatio. vel aliter, aliis denegatur actio ſi non edant, his ſubuenitur. prima placet.

f *SI legatum.* Duobus modis pone caſum. Primo: non iubet iudex ſcilicet legatario exhibere heredi verba teſtamenti: quia heres eſt in ea cauſa, vt aliis debeat edere: non vt ſibi edatur. & hoc niſi ex cauſa: vt. ℱ. eo. ſi quis ex argẽtariis. §. prætor. verſi. prohibet. & ℱ. de tab. exhi. locũ. §. ſolent. Secundo dic, nõ iubet. ſcilicet heredem exhibere legatario. ſcilicet originale vel authenticum: niſi forte dubitetur de legato: nam tunc etiam originale debet edi: vt. C. eod. procurator. & ideo dico eſſe edẽdum tãtum exemplũ ᵃ quia ſi originale portaretur per ciuitatẽ, fortè perderetur. & hoc de cõſuetudine approbatur.

g *SEnatus ſenſuit, ne quiſquam.* Bona quædam vacantia detulit quidam ſiue nuntiauit in fiſcum: quod ex multis cauſis eſſe poteſt: vt. ℱ. de iure fiſ. l. j. poſſeſſor horũ bonorum tenetur inſtrumẽta facientia cõtra ſe pro fiſco edere delatori deferenti & agenti cõtra ſe nomine fiſci: non autẽ alia quę non faciunt ad iſtam cauſam. Et eſt ſpeciale: aliàs non: vt. C. eo. qui accuſare. quæ eſt contra. Vel dicunt alij quòd hic excipiebat reus: vnde replicabat actor: ad cuius iuuandam replicationem reus edit: vt. C. eo. l. fi. in fin. & ſi iſte non exhiberet, præſumitur ſubtraxiſſe quaſi ſibi nocitura eſſent: vt infra de iure fiſ. l. ij. §. diuus Hadrianus. ipſe autem fiſcus contra ſe non edit: quòd ſi edit, conditione appoſita edit, ne is qui deſcribit, contra eum illis vtatur: vt. ℱ. de iur. fiſ. l. in fraudem. §. neque. quod dic vt ibi. Accurſius.

h *Cogatur edere.* ſcilicet officio iudicis: vel per hoc edictum: ſed iure actionis omnia, ſi petens edi, actionem habeat: vt infra eo. quædam. in prin.

i *PRætor. Exercitores.* iſti nõ erãt campſores: cum de eis dicatur ſpecialiter. ℱ. eo. quędam. §. nummularios. vel dic quòd ſic erant: ſed de argento tantũ dando & recipiendo: quia argentifodinis erãt præpoſiti. & hoc indicat ipſum nomẽ argentariorum: ff. Vetus.

ᶠ Parcitur ergo iperitiæ, & concor. glo. in c. ſuper literis. ſuper verb. ſimplicitatem. poſt prin. extra de reſcrip. & c. cũ vniuerſorum extra de rerum permu.

* In vulgat. incipit, Ne quiſquam.

a] No. glo. quòd vbi quis tenetur edere inſtrumentũ, non cogitur edere originale, ſed copiã vel exẽplũ. pro quo facit. l. eos. §. ſuper his. de appell. C. & ibi glo. & Bartolus.

ſtipulationem totam non edit. Eis qui ob ætatẽ ᵃ vel ruſticitatẽ, ᵇ † vel ob ſexũ ᶜ lapſi nõ ediderũt, vel ex alia iuſta ᵈ cauſa, ſubuenietur. ᵉ

Legatarius petẽs legatum, licèt in libello faciat mẽtionem de teſtamento, non tenetur heredi dare illius copiam ad inſtructionem ipſius, cum ſoleat penes ſe exemplum habere. hoc dicit.

II. PAVLVS *libro tertio ad Edictum.*

SI legatum ᶠ petatur, nõ iubet prætor verba teſtamẽti edere, ideo fortaſſe, quia heredes ſolent habere exemplum teſtamenti.

Lex iſta legitur duobus modis. ſecundũ vnam lecturam continet ius ſpeciale. ſ. quòd fiſco editur ad ſuã intẽtionem fundandã. ſecundum aliam, q̃ fiſco editur ad ſuã replicationem fundandam. h. d.

III. MAVRICIANVS *libro ſecundo de pœnis.*

SEnatus * cẽſuit, ne quiſquam ᵍ eorum à quibus quid fiſco petetur, alia inſtrumenta delatori cogatur edere, ʰ quàm quæ ad eam cauſam pertinerent, ex qua ſe deferre profeſſus eſſet.

Argentarius rationes edere tenetur cũ die & cõſule his ad quos pertinet, ſiue ſit argẽtarius ipſe ſui iuris: ſiue ſit filiusfamilias: quo caſu etiã pater eius tenetur edere, ſi filius quæſtũ argentariæ ad patrẽ referebat: & ſic pater tacitè conſentiebat argentariæ. Itẽ ſi ſeruus eſt argentarius, edere tenetur dominus ſuus, ſi ſeruus ipſo volente argentariam exercuit: vel dominus rationes penes ſe habeat: vel ſi argentaria peculiaris erat: aut quæſtus eius in rem domini verſus eſt. hoc dicit vſque ad. §. is etiam.

IIII. VLPIANVS *libro quarto ad Edictum.*

